Verbis autem utrinsque Iuris utitur, sed nominatim iura aliqua non allegat, integraliter. quarto ista transcurrit inquirendo, si in formis uel aliter possem de autoribus coniecturas habere: qui tamen ita loquuntur, quod nedum ipsorum nomina, sed nec prouincias tertij & quarti mihi licuit coniectari, quia tamen in personam Gregor. Papæ ponit formas, utrosque eos tempore Gregor. X. scripsisse concipio.

promulgata: vt in col.6. Auth. quibus mod. nat. fil. ef. le.
a in princ. [a] nunquam perfectum in humanis inuentioni
bus reperitur, vt C. de vet. iu. enu. l.2. §. sed quia diuinæ.
b iuxta illud Psal. b Imperfectum meum viderunt oculi
tui. vt de consec. dist.4. c. si non sanctificatur. Idcirco, re-
uerende Pater, quem Deus insigne luminare, fulgore
nempe rutilans mirifico, super suæ candelabrum eccle
siæ venustissimè collocauit, cum sitis iuris lucerna ra-
18 dians, & auriga iustitiæ singularis, † & faciendi plures
c libros, nullus sit finis, vt legitur in lib. Ecclesi. c. 12. [c] me-
rito ad vestræ honorem reuerentię, vt 96. dist. quædam
capitula quæ sunt ad vestri gloriosi odorem nominis
vbique diffusum in æuum memoriter retinendum: vt
d ext. de re iud. ad Apostolicæ. in suprascriptione, d & ex-
tra. de ver. sign. c. in his: & C. de testa. l. iubemus. ver. sed
ne aliqua. & de cons. dist.2. c. semel. & supra. vers. proxi.
his vacare disposui. ne qua iurisprudētię particula no-
stro tempore maneat indiscussa: vt C. de ve. iur. enuc. l.
1. §. primum nobis. & l.2. §. hoc igitur. Imitatus sapien-
tissimum Ecclesiasten, qui quæ fecerat inuestigans, cō-
posuit parabolas multas, quæsiuit uerba vtilia, & scrip-
sit sermones rectissimos, ac veritate plenos: vt in eius li.
c.12. habetur, & futuris prospiciens, vt inf. de off. iudi. in
princi. scriptis tradere, quod Spiritus sancti gratia mini
strauit, quodque experientia prębuit, ac lectio docuit
diuturna de prato doctrinæ illorum flores etiā aliquos
colligēdo. Nec mirum, cum de eodem fonte gratię di-
19 scipulus biberit & magister. † Nec aliud doctus trade-
re poterit, quam quod a doctore susceperit: vt 24. q.1. c.
cum beatissimus. Nemo enim debet viā ingredi, quā
a doctore non didicit: vt 16. q.1. c. si clericatus. in fi. & C.
de ali. pu. prę. l. 2. in fi. imo oportet, scientiam ab eo di-
scere scripturarum, qui eam à maioribus secundū veri-
tatem sibi traditam seruat, vt ipse eam, quam rectè su-
scepit, possit asserere competenter, vt 36. di. c. relatum.
Quod autem ex eodem fonte, vt dixi, discipulus bibe-
rit, & magister, patēs est, cum omnis scientia sit a Deo
vt 37. di. c. hinc etiam. & 1. q.2. c. quam pio. & omnis lex.
vt ff. de leg. & sen. consu l.3. imò & ipse Christus est sciē
20 tia: vt 38. dist. c. si iusta. † Et iura sunt diuinitus per ora
principium promulgata, vt 16. q.3. c. nemo. 25. q.1. c. vio
latores. & q.2. c. igitur. 8. dist. c. quo iure. 50. di. si quis dia
conus. in prin. & c. si ille. in fi. & 80. dist. c. illud. & C. de
præscr. long. temp. l. fi. ibi, ideo enim, &c. Quia Deus im
perium ad hoc de cęlo constituit: vt in Auth. de instru-
mento, cau. & fi. propè princi. §. quia igitur Imperium.
21 coll.6 † Verum licet vtrunque idem fons imbuat, non
ob sequitur, quod æqualiter quisque suma: hinc est, ꝙ
non omnium communis est gratia: vt de pœn. dist.4. c.
sed non in pluribus. post §. eorum verò. neque æqualis
gloria, nec omnes ministrāt æqualiter, nec ęquali scien
tia, vel prudentia omnes sunt præditi. sed in euangeli-
zando alius alio melius operatur: ideoque dici potest
alius alio doctor, etiam in ipsa salutari doctrina: & hæc
leguntur. de consec. dist 4. c. cum tantum. Et probātur.
8. q. 1. c. licet ergo & 9. dist. c. quis nesciat. Bono .n. me-
e lius inuenitur. ar. ff. si cer. pe. l. cum quid. [e] quia nec om-
nes per omnia, sed certi per certa meliores aut deterio-
res inueniuntur: vt C. de ve. iu. enuc. l.1. §. cumque hoc.
Pluit namque Dominus super vnam ciuitatem, & non
super alteram, & eādem ciuitatem ex parte compluit,
f & ex parte aridā derelinquit: vt de pœn. dist.1. ca. pluit. f
Hinc etiam est quod legitur 1. ad Corint. 12. diuisiones
22 gratiarum sunt. & infra. † Alij quidem datur per Spiri-
tum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides, alij
gratia sanitatum, alij prophetia, alij discretio spirituū,
ali genera linguarum, alij interpretatio sermonum: vt
facit 1. q.1. cap. teneamus. & quosdam dedit Apostolos,
quosdam Prophetas, quosdam Euangelistas, quosdam
pastores & doctores: vt ext. de hęr. ca. cum ex iuncto. in
23 princip. & c. sicut in uno. † Sanè placitandi scientia per
quam est necessaria. Nam effręnata cupiditas ex huma
na conditionis corruptione proueniens, pacis æmula,
mater litium, & materia iurgiorū, tot noua litigia ge-
nerat, quot plura sunt negotia, quam vocabula: vt ext.
in procemio. Decr. & ff. de præscr. uerb. l. natura. extr. de
consti. c. nam concupiscentiam. 47. dist. ca. bonorum. in
Auth. ut iu. sine quoquo suf. §. cogitatio. uersus fi. & na
tura prona est ad dissentiendum, vt de consecr. di.4. c. si
cut in sacramentis. ext. de conces. pręb. c. quia in princ.
ff. ad Treb. l. quia poterat. 63. dist. c. si fortè. & nouas de
properat edere formas. C. de ve. iur. enuc. l.2. §. sed quia
24 diuinę. † Hinc est, ꝙ iudiciorum ordo & placitandi v-
sus iu paradiso videtur exordium habuisse. Nā Adam
de inobedientia a Domino redargutus, quasi actori ex-
ceptionem obijciens, relationem criminis in coniugē,
g imò in coniugis actionem conuertit, dicens: g Muliet
quam mihi sociam dedisti, me decepit, & comedi. de
pę. di.1. c. serpens. uidetur tamen, ꝙ tunc hoīes iure na-
turali regebantur. secundū quod oīa cōia erant. 47. dis.
c. sicut. & dist.1. c. ius naturale. 12. q.1. dilectissimis. Placi
25 tandi non erat vsus. Nam secundū. † Senecam, h hoīes.
h quietissimè viuerent, si hæc duo nomina, Meum, &
Tnum, de medio tollerentur. & alibi dicit: Nostri esse-
mus, si nostra non essent. Sed dic, ꝙ & tunc aliquid erat
propriū. vnde Adę, ubi supra dictū est, In sudore vultus
tui visceris pane tuo. ut 50. d. c. in ca. a lege quoq; ueteri
26 ordo iudiciarius cōprobari vr̄. ait. n. † Moyses. i In ore
i duorum uel trium testium, &c. 2. q.4. §.1. extr. de test. c.
K in omni tunc etenim rerum dñia erant distincta [k] Vn-
l de dictum est, [l] Non concupisces rem proximi tui. In
nouo ēt testō placitandi comprobatur vsus. Vnde Apo
m stolus. [m] Secularia igitur iudicia si habueritis, &c. 11 q.
1. c. sicut. n. §. ex his. Hinc est, ꝙ super litib. dirimendis,
tam Apostoli, q̃ eorū successores varios canones edide
runt, vt 16. d. c. 2. 3. & 4. & 15. d. c. sancta. Igitur Speculū
iudiciale formabo, in quo quidem iudices, aduocati, ta
belliones, partes, testes, cæteræq; personæ speculiari va-
leant, qualiter in iudicijs ordinarijs, & extraordinarijs,
ciuilib. & criminalib. ac in singulis iudiciorum capitu-
lis suauitè officia moderētur. ar. 19. d. c. enim verò. Dēt
27 namq; quisq; solicitè † quid suo incūbat officio, specu
lari. vt 21. d. c. cletos. ver. Ep̄i. n. Græcè. Quanq̃ nō sit in
speculatores, q̃ speculaī, in illo m̄ quemadmodū māle
speculū cuiuslibet formæ sibi oppositæ imaginarā pro
fert similitudinem siue instar: vt ar. de pœ. dist. c. si. n. in-
quit.

ADDITIONES.

a In prin. *Concor. pulchre Seneca, epist. 65. dicens: Multum adbuc restat operis multumque restabit, nec vlli nato post mille secula præcluditur occasio aliquid adhuc adijciendi. Et Galen. secundo de virtutibus naturalibus, dicit, quòd impossibile est eundem incipere, & finire aliquam artem. Ioan. Andr.*

b Illud Psal.138. *Ioan. Andr.*

c Cap. 12. *quod est vlt. in fin. Io. Andr.*

d Suprascriptione. *lib.6. Io. Andr.*

e Quid. *Non eget argumento, quia tex. est ff. de ver. obl. l. vbi aūt non apparet, in princ. & facit de consecr. d.5. c. non mediocriter.* *(I. A.*

f Distin. t. pluit. *Et Amos 4. cap. Io. And.*

g Dicens. *Gen.3.*

h Senecam. In *Prouerbijs sub litera q. Ioan. And.*

i Moyses. *Deuter.19. Io. Andr.*

K Distincta. *Vide quod no. ff. de inst. & iure. l. ex hoc iure. Io. And.*

l Dictum est. *Exodi 20. Io. And.*

m Apostolus. *1. ad Corinth.6. Io. And.*

quit. circa medium. ver. si quis auditor. Sic profecto hoc speculum formas varias in iudicijs & extra necessarias recipiet, & distinguet. quisquis ergo huiusmodi speculo caruerit, priuilegio speculationis carebit. vt 16. q. 7. sed hoc diximus. prope princ. iuxta illud 3. Eze. Proph. Speculatorem te dedi domui Israel. tãtus. n. ac talis est liber iste, vt absque illo si quis iuris peritiam sibi voluerit arrogare, semetipsum irridear. sicut alibi ait Hiero
28 nymus in prologo Paral. † Quanta autem huius operis vtilitas sit, non est opus verbis exprimere. Nam linguis tacentibus seipsa rei ueritas exhibebit. vt ff. de in integr. rest. l. 1. & plenitudo nulla requirit commendatio-
a nis augumenta. vt 16. quæstio. 1. si omnia. in fin.[a] Hoc autem solum audacter assero, quod huius solers inspectio quemuis quantumlibet inexpertum, peritum iudicem, cautum causidicũ, & tabularium efficiet eruditum. Hec etenim iudicialia plene pro uiribus explicabo, & cũ omnis iactãtia a bonis sit moribus aliena. arg. 21. q. 4. omnis iactantia, & 6. q. 1. imitare. 21. qõ. 4. si quis vere. vereor si quidem principem imitari, qui se iactat ea melius & plenius omnibus ante se determinasse. in
29 Auth. coll. 3. de trien. & §. illud quoque. † Sed & qui rerum veritatem conijciunt, non facile ad culpandũ ueniunt, si veritatem examinent diligenter: vt in Authenticis, ut defun. seu fu. eo in prin. coll. 6. nempe pro uiribus, quod effusum & immensum est subtraebo, quod uero optimum & meritum est, subrogabo. vt in Auth. coll. 5. de eccle. re. immobilien. in prin. vt nil hic immensum, neque inordinatum sit: in Authen. col. 4. de consu lib. §. cuncta si quidem. in princ. 2. col. ext. de accus. qualiter. 1. quia pene nihil immensum bonum est. in Auth. ut deter. sit nu. cle. in princ. coll. 1. & arg. 83. di. legimus. prope fin. 14. q. 5. c. 2. & c. scriptum. & C. de ue. iur. enucle. §. contrarium. Cæterum non est mei propositi, iuris marerias tam copise ab alijs traditas refricare. Nam hoc esset aquam mari superadere, cum tamen adiectione non indigeat plenitudo, ut in præ. c. si omnia. & 86. dist. bene quidem. in princ. nisi id forte quandoque contingat, ut addam, uel ut aliter dicta perstringam. Ad hoc. n. sufficere cẽseo aureum Repertorium duduni à me labore eximio compilatum. Solum ergo q̃ ad exercitium seu factum pertinent, hic stylo nouo & utili enucleabuntur: quæstiones quoque plurimæ, quas diuersis temporibus in causis & scholis ac consilijs exam nari ui di in Romana curia, & alibi, interentur. C. de q. diuo. Variæ insuper impugnationes singularum personarum in iudicio interuenientium monstrabuntur. Formæ quoque singularum iudicialium actuum describetur. Formæ etiam instrumentorum, tam in iudicijs, quam in contractibus interuenientium, supponuntur. illis magistrorum dictis postpositis, quæ varia ac vacua magis opinione iactantur, quam authoritate aliqua roborentur, vt 36. dist. deinde. ver. quæro. & 23. q. 6. vides. quia quod ratione caret, extirpandum est: vt 08. dist. corepiscopi, nec est ad mendicata suffragia recurrendum: vt C. lib. 12. de palatinis sacrarum lar. l. scrinijs. in prin. & in Authen. iud. prope princ. illi autem coll. 6. Quidam enim in tantam ingressi sunt obscuritatem, vt diuinando magis, quam interpretando docuerint. vt. in Authen. de testa. imperfect. prope fin. Alij vero sub quadam iustitiæ specie fucatis quibusdam inquisitis adinuentionibus æquitatem obruere student: vt. 11. quæstio. tertia, ita corporis. Ex his enim quæ legunt, verisimilitudines capiunt, sensum alienum quærentes, extrinseco quoquomodo ipsum ex literarum authoritate confirmantes: vt 37. dist. c. relatum. Sunt quoque nõnulli nullo dogmate fulti, vt 16. q. 1. sunt nonnulli in princ. quibus est discretionis immoderata subtilitas: qui dum existimari habetes nolunt, sæpe se in quibusdam inquisitionibus plus quam expediat, exercentes, ex nimia subtilitate falluntur, & hæc leguntur 48. distinct. c. hinc etenim versicu. paruo autem. & ver. nasus. etenim. & hi in præcipitium suos mergunt auditores, quibus non salutaria, quę corrigant, sed quę illos delectant, erronea pretiosa paleis superfluitatis ventilabro meę sollicitudinis segregato. vt 2. q. 1. mult. uersi. de his autem. & 32. q. 4. dicant, vt 2. q. 7. secuti sunt ad fin. Grano igitur vtilitate recurrat ad fin. versi. siue in area, & c. 23. q. 7. cap. 1. tã ex his, quę in aliorum libellis semplenẽ sunt tradita, quàm ex his, quę mihi scientię ministrabit modulus, in vnum fasciculum colligatis, vt 12. distin. ca. nouit. ad instructionem lites exercentium, duce Deo, preuidi componere hunc libellum, ipsum quadrifariam diuidendo. In parte prima, de Personis in iudicio interuenientibus, dicetur. In Secunda totus ordo Iudiciarius in causis ciuilibus perstringetur. In Tertia, Iudicia criminalia supponentur. In Quarta vero diuersę Libellorum formę, cum positionibus necnon & instrumentorum in diuersis contractibus formę describentur.
30 † Quæ in cuiusque Partis procemijs luculentius monstrabuntur, sicque quaternario numero hęc iudicialis consumabitur lectio: sicut & Euangelica lectio ad instar quatuor fluminum paradisi, quatuor Euangelistarum testimonio confirmatur. vt 16. distinct. c. 1. Coniugalis quoque prohibitio, quatnor concluditur gradibus. quia quatuor sunt humores in corpore, quod etiã constat ex quatuor elementis, vt extra de consang. &
b affi. non debet.[b] de cele. miss. in quadam. ad fin. Huic ergo claritatis Speculo iudicialia credant volumina antiquorum, iuxta illud Recedãt vetera de ore vestro. vt
c in Psalmo. Exultauit cor, &c.[c] Vnde dicit Imperator: Vetustatẽ renouamus: vt in Auth. coll. 7. de adm. circa
31 princip. †. quibus licèt reuerentia debeatur, vt in 55. distinct. priscis. in princ. & ff. de iure immu. l. semper. & de transact. quanto. & 9. q. 3. conquestus. 25. q. 1. contra nunc tamen fides eis in pluribus non habetur. Nam secundum varietatem temporum iura variantur humana: vt in præ. c. non debet. & 32. quæstio. 7. recurrat. §. his
32 ita. † Sæpe pro necessitate vel vtilitatem mutilantur & laxantur canonica præcepta: vt 1. q. 7. & si illa. in fin. & quod paulatim labitur, conuenit renouari, vt in Auth. col. 11. de quæstore. circa princip. & nihil penè in se ipso manet, sed currit natura multas euoluens mutationes, quas neque prouidere facilè est, neque prædicere: vt in Auth. coll. 5. vt omnes obed. iudic. prouin. §. si verò ille. allega. in §. arripiat. & nil est, quod mutabilitatem non sentiat, in Auth. coll. 2. de non alien. aut per mu. §. nos igitur. alias in §. vbi autem lex. & 89. distinct. c. ad hoc de consecr. distinct. 5. ca. ne tales. prope fin. sed & semper opere vacante consonæ causis leges ponuntur, cum semper inopinabiles emergant, quas antiquitas non agnouit; vt in Auth. col. 5. vt defun. seu fu. eo.
33 non iniu. in princip. † Nec erubescat antiquitas, si quid melius horũ quæ ipsa tradidit, nouitas adinuenerit: vt in Aut. col. 4 de nup. in 1. co. § maio. & ar. 86. d. c. esto. in fi. Nam

ADDITIONES.

a In fi. *Vide quod dicam infra de offic. iud. §. vlt. in prin.*

b Non debet. *Vbi de hoc numero plenè scripsi super ver. in corpore, Ioan. Andreas.*

c Cor, &c. *Cantius allegavit hoc pro cantico, scilicet non pro Psa. infra de aduo. §. nunc de exordij. versicul. noti sunt. & fuit sumptum. 1. Re. c. 2. Io. Andreas.*

Additio. *Adde ad versicul seq. ibi, nam secũdum varietatẽ temporum, &c. quòd per hoc dicunt quidã, volentes detrahere sciẽtię iuris, quòd scientia iuris Canonici vel Ciuilis nõ est ꝓprie sciẽtia cũ scientia sit de incorruptibilibus, & impossibilibus aliter se habere vt habetur primo Posteriorũ per Philosophũ, quod nihil est dicere, secũdũ Car. ĩ c. nõ dẽt hic alle. Nã sciẽtia iuris, licèt ĩ cõstitutionib. particularib. varietur, ĩ esẽtia sua manet ĩuariata etĩ corruptibilis, q̃a ĩ mẽte legislatoris ẽ dictũ rõnis ĩformatũ traditionibus*

bus iuris.ex quo dicitmine quãdoq; statuitur vnũ,quãdoq; aliud manẽte tamẽ eadẽ ratione in eius mente. Item in suo primordio est scietia inuariabilis, vt nemini fiat iniuria,& reddatur vnicuiq; quod suũ est,licèt ad cognoscẽdũ qd sit iustũ & ęquum, exigitur notitia circunstantiarũ de iure.in c.cum quidam. & c.sicut dignum.de homi.& c.si qstiones.ext.de simonia. & dicit Præpositus Medio.in d.c.nõ debet.& adde.quod iura distinguuntur,& p alia iura limitãtur l.sed & posteriores.ff.de legibus.in c.cum expetlat,de elect. Hen. Ferrandat.

Nam paulatim,hæc ad melius per eruditionẽ accedũt.
vt in Auth.coll.1.de mona.§.fin.vers.oportet.& omne
artificium per exercitium recipit incrementum. vt ff.
de leg.3.l.legatis seruis.§.ornatricibus.& C.lib.12.de re
mili.l.milites.sed & antiquorum quidam vino inebria-
ti sunt.vt 37.dist.vino. quia non plenam scripturarum
notitiam habuerunt, vt extra de sacra vnct.c.1.§.fi.licet
nonnunquã nouitas male negligat, quod bene statuit
vetustatis autoritas veneranda: vt q.2.capi.anteriorum.
vers.illud.& in Auth.coll.5.vt ordinariæ præfect.vrb. in
princ.Plurima namq; diffiniti iuris tacita sunt, & cer-
tã non meruerunt memoriam.sed vsus hoc præcipiẽs
in aliam transtulit figuram. vt in Auth.colla.6. de iud.
in princ.& 3.dist.in istis.§.leges.Hoc igitur opus aggre
dior ad honorem Dei & gloriosæ Virginis matris suæ:
a vt extra de vsu pal.ad honorem.[a] Quæ nempe prunun-
cio per singulos gradus meos: vt de pœ.dist.2.dum san
ctam.in prin.& accedit C.de offi.pręfe.præt. Afri.in no
mine Domini.in prin.& 26.q.vlt.non obseruetis. & 24.
dist. in nomine.& extra de test.in nomine.Ipse nãq; res
desperatas ad esse perducit optatum: vt C.de ve iu.enu.
l.1.§.primum.nobis cõmuni vtilitati nihilominus pro-
spiciens: vt C.de no.C.compo.in 1.cõst.in princip.ibi,
com munibus,&c.& extra in Proœ.Decre.§. sanè.ac a-
34 nimæ meæ saluti consulere per hoc credens. † Nõ.n.
iniustitiæ Dei est,vt obliuiscatur bonorum operum, &
ministerii propter nomẽ eius exhibiti. vt de pę.dist.2.c.
si.n.inquit.circa mediũ,&c.nõ est tã iniustus.& 27.dist.
deinde.qnia nec debet labor uacuus esse a mercede. ut
in Auth.coll.6.de iud.§.ne autem.de pęn.dist.1.potest
fieri.12.q.2.charitatẽ.extra de pręb.cum secundum. x̄
dè renun.nisi cum pridem. §.quippe.nec irremunera
tum apud eum remanet nullũ bonum.de pę.d.3.pium
aũt.§.ex huc sẽsu,&c.cauendũ.& de pęn.dist. 5.c.j.in 2.
col.uer.pium.87.dist.diuinæ.x̄ de cen.pcurationes. Iu-
stitiã enim colere, summũ bonũ in reb.est:vt 12.q.2.cũ
deuotissimã.nec profectò ad hoc laus humana uel gra-
tia me inducit: ea nãq; ueritatis est regula, ne quid fiat
gratia commendandi,vt 11.q.3 si quis uero. & sup. ver.
35 igitur. † Quamuis doctor delectari valeat auditoribus
doctrinam eius admirantibus, non auiditate consequẽ
dæ laudis, sed charitatæ seminandæ ueritatis:vt 32.q.4.
obiiciuntur.Pater ergo reuerendissime,hoc Opus quæ
so suscipe, ipsumq; tuum facito approbando; ut C. de
uet.iu.enu.l.1.§.sed neque.§.tanta aũt.corrigens quæ
correctione noueris indigere. Enimuero negare ne-
quero, quin aliqua huic sint inserta Opusculo,que pos
sint iusto iudicio nulla temeritate culpari. vt 9.dist.ne-
gare. super Operis imperfectione humiliter ueniam
b postulans & deuote.[b]

ADDITIONES.

a Ad honorem. *Non pro inuocationibus,& concor.infra de instr.edi.in 1.col. Ioan. And.*

b Deuote. *Expedire puto, quod nõ solũ Rubricæ vel mẽbra, quæ procedunt in tribus partibus,ex quatuor diuidentibus hoc volumen,quod omissum in quarta,causam habet notam Legistis meris in gratam, sed etiam diuisiones & membra singularum Rubricarum semper scribantur in capite virgularum. Cum enim experientia sæpe docuerit, difficillime inueniri, quę in hoc volumine allegantur,consulo singulas huius voluminis chartas numero designari loco, qui gratior sit signanti: dum tamen vniformis existat,qui numerus potest esse continuus vsque ad vltimã chartam libri. Posset etiam pars qualibet suum numerum chartarũ habere, bene tamen tunc possent in num. partes tertia & quarta coniungi. Et licet non sic ęquè posset de prima & secunda fieri illud idem, singulis autem membris descriptis, ut supra iungatur ante vel post numerus suę chartæ,& si charta continet plura membra,illa per virgulas numero coniungantur. De rubricis, quo ad sua membra, fiat idem, sed bis adiungatur duo, nomen scilicet §.& numerus chartę suę coniungatur etiam nume. chartæ suę Rubr. Quando in neutra paginarum est rubrica descripta & in §.hoc idem seruo.uerum in §§.prolixis, quacunque parte chartę prima columna non integra finiatur, alphabetum signetur vna litera tantum singulę quatuor columnæ integræ,quæ sequuntur,ut scilicet in corum quintę integrę columnæ ponatur b.in principio uero nonę ponatur c.& sic fiat de singulis quatuor ordinatim,& si post ultimas integras quatuor supersit una sola colũna,uel minus,transeat sine signo: si plus restat,sua litera designetur: Quisque uero prudens aduertit,quod hæc prouisio, licet communis sit omnib.uoluminib.in communi,in numero tamen & locatione signorũ intantũ erit singulis uoluminib singularis, quod etiam post multorũ annorũ cursum non reperientur duo volumina,quæ in his in toto concordent,nisi forsan ad unius exemplũ pũctatim aliud scriberent. Sint etiam informati Studentes, quod hæc uerba notantur, & scripsi, vel dixi,differunt quod sextum: apparatus .s.per primũ,& eius nouella inducitur per secundum Item sciendum,quod inter diuersas signorum formas,per quas deberent à uerbis autorum mea verba discerni, hæ duæ pnaluerunt, scilicet,ut inter rubei coloris a.& z.uel inter Ioan. And. locari deberent: sed primum, vt breuius & minus pompa deferens prælegi. Aliquibus uidebatur, quod inter Ad & Ded includi deberent,sed nõ assensi,eo quod additionib.quas post publicationẽ Operis fecit autor,quas expedit sępe nosse,ut in processu patebit,illud signũ,licet nõ eiusdẽ coloris, affigam. Istud licet mihi sumptuosũ elegi,scilicet Speculũ,cum addit.sic faciendo transcribi,nolentes tamen præseruare libro iam scriptos,& tãto sumptui parcere,additiones paruas ĩ marginibus, plixas aũt ordinate describi faciãt in quaternis,in quib. chartarum numerus describatur, ut de lib. dictum est sup. Et additionis signo iungatur charta tali.colũ.tali, & sic facillimè habebuntur. Cui rei multum confert, si signa ad quaternos remittentia fiant ordinatè per literas alphabeti, semper resumendo finitum,quia ex varietate chartarum non erit dare concursum. Posset tamen a primo variari secundum, puta tractatum postponendo pręmissum.a.a. Mihi autem non est gratus modus,per quem additiones Odofredi ad Summã Azonis in quaternis fuere descriptę. Vltimo summè miror de his,qui in tantum algorismum abhorrent,quod illud de petys Nouella per Andrutium oportuit alterari,malè enim per septenniũ in iure proficiẽt, qui algorismum reputans difficilem in discendendo, cum tamen id saltem quãtum Iuristæ competit,in vnius horę parte septima, vel ad plus in vna hora posset sciri plenissimè. Mihi autẽ gratus est modus ille scibendi propter duo. Primum,quia literis multum opus abbreuiat vtens illo,in quo sciendum,quòd algorismi numerus cõtra denarium vnicam habens literam in duodecim literis, computato denario exceditur a communi. Item ab vndecim vsq; ad centum, duas literas non excedit: omnes vero communes numeri limitationis illius pręter octo,scilicet 10.20.40.50.51.55. 60.90.literas duas excedit,q excessus cõsistit in ducentis 300. literis,nisi fallat. Nec deridebit hanc rationem,quia visa constitutione Io.quę incipit,Cum ad sacrosanctę.percipiet, quod centũ quinquaginta literę vnam lineã in Apostolicis literis faciũt,quæ ibi in vnius Turon.parte quarta taxatur, secundum quòd scriptoret in illo minus falluntur & falluntur,& hoc deriuat a primo, qa non sic in minori erraiuit numero,vt cõiter in maiori. Io. And.*

PRIMAE AVTEM Partitionis Cap. sunt hæc.

SVMMARIVM.

1 *Personæ in iudicijs inuenientes sunt Iudex, Actor, Reus, Defensor, & Testis.*
2 *Testes non sunt plenè necessary in notorijs, nec in his, quę aliter plenè probantur.*



QVoniam parũ esset nosse iura fore prodita, nisi personę, quarũ causa sunt prodita, notę essent: vt Inst. de iur. na. ge. & ci. §. fi. & quia prius persona, quã ratio est quærenda, vt ff. de iur. cod. l. quidã referunt, ff. communia præ. l. vẽditor. extra. de despon. impu. c. ad dissoluendum, & extra de
a re iud. abbate sanè, §. 1.[a] Ideo † nobis de iudicijs tracta-
1 turis prius in hac prima parte necesse est videre de personis, quæ in eis interuenire solent: & de ipsarum constitutione, & officio, & impugnatione: quæ quidem generaliter sunt hæ, scilicet Iudex, Actor, Reus, Defen-
b sor, Testis:[b] vt extra de verb. sign. c. forus, §. in omni. & 4. q. 4. cap. 1. hæ personæ necessario interueniunt in iudi
2 cio, scilicet ordinario. Nam † in notorijs non sunt ne-
c cessarii testes:[c] vt. 2. q. 1. c. de manifesta. & c. manifesta. extra. de iureiu. c. ad nostram. 3. extra de accus. c. euidentia. & c. qualiter. 2. Defensor quoque quandoque interuenit, & quandoque non, vt patet extra. de procu. per totum. vt ff. eod. l. 1. Subdiuiditur autẽ hæc prima pars in quatuor particulas. In prima tractatur de Iudicibus, & eorum Iurisdictione, & Officijs, & Recusatione. In secunda de Actore, Reo, & Accusatore, & Accusato. In tertia de Personis, quæ pro aliis in iudicio interueniente solent. In quarta de Testibus, & de Tabellionibus, & de Salariis.

ADDITIONES.

a Sane. §. 1. *Lib. 6. Io. And.*
b Et Testis. *Cum hic non de probationibus & ipsarum specieb. sed de psonis tractet satis patet, ꝙ non debuit instrumenta expri mere, Itẽ nec alias ꝓbationes causatas a facto partiũ. Io. Andr.*
c Testes. *Sup. nec in his, quæ aliter plene probantur. Ioan. And.*

a De Iudice delegato. [a] Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Iudicum distinctio.*
2 *Iudex delegatus a principe supremũ inter Iudices, obtinet locũ.*



IVxta promissionis ordinem videndum
1 occurrit de Iudicibus. Vnde not. † quod Iudicum alii sunt delegati, alii ordinarii, alii auditores, alii assessores, alii arbitri, alij arbitratores: vt 2. q. 6. cap. a iudicibus. §. quòd de arbitris. de quorum sin
2 gulis per ordinem disseremus. † Et quoniam iudex delegatus a principe supremum inter iudices obtinet locum, vt extra, de offic. ordin. capitu. pastoralis. §. præterea. & de offi. deleg. ca. si quando. & ar. 93. di. c. fi. & 94. dic. c. 1. ab eo merito ducimus inchoandum. vt ff. de eden. l. argentarius. §. 1. & 50. dist. capi. quia tua prope principium dicentes, Quid sit delegatus. Quis eum cõstituat. Quis constituatur. Quæ delegari possunt. Quod
b sit delegati officium, iurisdictio, seu potestas.[b] Quibus modis finiatur. Ex quibus causis recusetur, Et quæ contra eum excipi possunt.

SVM-

ADDITIONES.

a Rubrica. *Cum author supra in Proœmio, §. caterũ certos practicos, q ante ipsũ scripserũt, nominauerit, quorũ voluminus declaraui, cõcepi sup singulas Rubricas describere, q ex prædictis, & vbi materiã tractauerunt, sæpe etiã de his, quos addidi cumulãda, & cũ in processu tituli ex illis aliquos allegabo, dicendo, talis, vbi sup. habebitur relatio ad rubricã: ꝙ satis breuitati ꝓficiet. Tyle ergo sui operis parte 2. rubricã posuit de delegatione causarum. Tãc hic in rubri secũda. Rof. in rub. 2. delegato & ordinarios miscuit, in tertia subdẽs, q̃ causæ delegari possint. Vber. de Bobio, vbi de sũa delegati mihi charta 3. & vbi delegato mihi charta 9. Albertus de Bonacur. de exceptio. contra rescriptũ & contra delegatos, Io. de Deo lib. 3. Caut. rub. de exceptio. contra iudicem & se. s. contra rescriptum. Bonagu. rub. qualiter reus excipiet contra iudicem, & rub. sequen. Aegi. 7. primis rubricis, quæ etiam alibi diuiduntur, Alber. Gal. ponit rubricam simul de ordinarus, & delegatis: pro hac prima vice reliquos prætermitto. Sit autẽ notũ, ꝙ vbicunque allego Tanc. in ordine iudiciario, summittere possem, Bar. Brix. quod omitto propter id, ꝙ dixi in proœmio, vers. Tertius Tancredi libellus. Est etiam sciendum, ꝙ hanc ampliationem secuta est cõpilatio textus, cuius constitutiones non vidit autor, & sic nec illas huius tituli, præter primã, quæ fuit Innoc. iiij. & secũdam, quæ fuit Alex. etiam quarti, de quib. infra ante fi. titu. Sunt autem ibi sub hoc tit. 13. const. Boni. quæ apertissimè & vtilissimè multa huius materiæ dubia declarauerunt. Quatuor aũt ex illis cões sunt huic tit. & rubricæ de appel. Quarum prima vult, quòd cum concurrunt iurisdictio delegata & subdelegata, semꝑ appelletur ad primũ delegantem. eod. tit. si duo. Secunda vult, ꝙ a subdelegato dato non in totũ appelletur subdelegans, quicquid sibi reseruauerit, eo. tit. Tertia vult, quod excõicato subdelegante, vel eius sede vacante, de ipso subdelegato non in totum appelletur ad Papam, eod. tit. si is, cui. Quarta vult idem, cũ appellatur propter id, quod negatur, etiam subdelegantem iurisdictionem habere, eod. tit. si a subdelegato. Hæc sunt dicta propter illos meros Legistas, qui solum student hunc librum. De reliquis omnibus locis congruis fiet infra suppletia commendabilis, est vnica cle. eo. tit. quæ soluit duo dubia frequentata. Ad quæstiones quatuor, quas de hac materia disputaui, remittam infra. §. restat. super 4. ver. in fi. ver. qõnes autem, & super vers. sed nunquid procurator & in vlt. col. super ver. item quæritur, cum sint. Ioan. And.*
b Potestas. *Hostien. in summa hoc interposuit, quibus modis eius iurisdictio prorogetur. quod quare Autor omiserit, vide infra, §. sequitur, in fi. Tancred. autem in suo ordine iudici. Rubrica secunda posuit solum tria membra: scilicet primum, quintum, & sextum. Ioan. And.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus iudex quis dicatur.*
2 *Subdelegatus quis dicatur, & an executor dicitur delegatus.*
3 *Auditor quis dicatur propriè.*

1 1. §. Delegatus est is, † qui ex alterius commissione alicuius causæ recipit iudicialem cognitionem, extra. eo. tit. c. super quæstionum. §. 1. & §. eius. & ff. de officio eius, cui man. est iu
2 risd. l. j. in fi. † Subdelegatus verò est is, cui causa, vel ali
quod de causæ medijs, à delegato secundo loco committitur, vt ibidem. Sed & subdelegatus dicitur delegatus: de quo no. infra. §. proxi. Itē executor dicitur delegatus. extra. eo. c. fi. de conces. preb. c. accedens. Itē is cui
3 aliquod de medijs causæ committitur, † delegatus dici
tur, vt in §. proxi. ver. sed nunquid. sed tunc propriè dicitur auditor, vt in præalle. c. super quæstionum. §. verò.
a & §. quem vero. [a]

ADDITIO.

a Quem verò. *Vide tres quæstiones, quas scripsi super rubrica eo. tit. quarum prima conuenit huic situationi, secunda est in hoc mēbro soluta, tertia infra. §. sequitur. expeditur. Io. Andr.*

SVMMARIVM.

1 *Licentia dandi iudicē, est de iurisdictione ordinaria, & quis constituat iudicem delegatum.*
2 *Delegatus ab alio, quàm à principe, non potest delegare personam sibi subditam.*
3 *Delegatus potest committere etiam partibus inuitis, cum potestas sit ei a iure concessa.*
4 *Delegatus sub conditione tali, quòd poterit ante litis contestationem alium substituere, an alium poterit delegare?*
5 *Subdelegatus delegati à principe, vel ab alio, quam à principe qui non est delegatus ad vniuersitatem causarum, an possit citationem committere?*
6 *Delegatus à principe, vel legat⁹, vel ordinari⁹, licèt totā iurisdictionem in alium transferre possint, non tamen ptātē habent alij committendi.*
7 *Arbiter quomodo potest citare per nuncium, vel epistolam.*
8 *Citandi actus non est ipsa iurisdictio, & citans non est aliud, quàm organum & instrumentum citantis.*
9 *Auditores palatij domini Papæ sunt, quasi ordinarij, quibus vniuersitas causarum totius mundi est comissa.*
10 *Testes si non sunt in loco, vbi causa agitur, tunc delegatus rogabit ordinarium illius loci, vbi causa agitur.*
11 *Examinatio testium tribus commissa, qui non possunt in vnum conuenire, non potest fieri.*
12 *Differētia inter delegatū à Principe, et delegatū ab Ordinario.*

2. §. Iam nunc dicendum est, quis possit constituere, & quid etiam constituere potest
princeps: vt in pręall. §. eius ergo. Itē ordinarius extra. de
Offic. or. c. pastoralis. respon. 1. ext. de app. c. dilecti filij
prior. vt ibi no. in fi. mag. gl. Itē delegatus a principe. &
talis dicitur subdelegatus respectu delegātis. ext. eod. c.
super quæstionū. §. nos aūt. & c. cū te & c. pastoralis &
generaliter quicūq; ordinariam iurisdictionē habet, ip
sum constituere pōt, vt ff. de iurisd. omn. iud. l. solet. &
per totū. C. de iud. l. à Iudice. C. q pro sua iurisdictione
2 iud. dare dariue pos. l. in causarū. † Nā de iurisdictione
ordinaria est iudicē dādi licētia, vt ff. de iurisdictio. om.
iud. l. more. nisi natura causæ, vel alia ratio delegationē
impediat quæ dict. vt ff. de offi. eius cui man. est. iu. in l.
1. & ff. de offi. proconsul. l. nec quicquam §. vbi. & valet
ita demum delegatio, si fiat de causa & persona, quę ad
eius pertinent iurisdictionem, vt in præall. l. in causa.
a rum. [a] extra de offic. or. c. pastoralis. in princi. de fo. cōp.
1 Romana. §. 1. & ff. de iur. omn. iud. l. fin. † Delegatus autem ab alio, quàm à principe, non delegat. C de iud. l.
a iudice. extra, de offic. dele. c. super quæstionū. §. 1. Hoc
dicas speciale in legato ptoconsulis, vt ff. de offic. pro-
b consu. & le. l. legatus. secundum vnam literam. [b] & ff.
de iud. l. cum pretor. Certum verò articulum potest cōmittere secūdum quosdam, vt j §. prox. Vel distingue
quia aut est lis contestata coram delegato, aut nō. Alij
dicunt, quod aut est delegatus ad vniuersitatem causarum alicuius ciuitatis, vel castri, vel prouinciæ, aut ad
vnam causam tantum: quæ prosequere, vt no. extra, de
app. c. cum causam. & j. ver. sed nūquid. & j. §. sequitur
ver. item potest causam. Omnis autē delegatus ab alio,
c quàm à principe, dicitur pedaneus. [c] C. de peda. iud. l.
3 1. in Auth. coll. 5. vt defun. seu fune. non iniuri. † In casi
bus autem, vbi potest delegatus committere, committit etiam partibus inuitis, vt videt, cum potestas cōmittendi sit ei a iure concessa: vt extrà, de offic. dele. c. quāuis. & c. pastoralis. in prin. & c. fi. & nemini facit iniuriā,
qui vtitur iure suo. ext. de electi, c. cum ecclesia Vulterana. & ff. de iniu. l. iniuriarū. §. 1. & §. si quis. nisi se malitiosè velit exonerare, vt in d. cap. pastoralis. & eod. tit.
c. prudētiam. §. adijcimus. & de rescrip. sciscitatus. Vel
dic quòd vtraque parte contradicenre non potest ar. ff.
d de arbi. l. arbiter. ita sumptus. [d] quia eis debet prouidere potuis, quàm grauare: vt extra, de offic. delegat. capi
e cùm te. [e] Altera verò tm̄ cōtradicete, potest. ff. de arb. l.
nō ex oīb. §. 1. & l. non dist. §. dies cōpromissi. secundū
4 ho. bo. Vel dic vt j. §. sequitur. ver. sed nunquid. † Quid
f si in delegatione [f] dicatur, delego tibi causam talē, &
do tibi potestatem alium ante litem contestatam substituendi, si tibi necesse fuerit: nūquid iste delegatus
g poterit alij ante litem contestam [g] delegare? Dicunt
quidam quòd sic arg. ff. quod cuiusque vniuers. l. item
eorum. §. decuriones. extrà, de do. & con. colum. fin. in
fin. Vber. de Bobio contrà, nisi expressum sit de certo.
h ff. de procur. l. 1. in fi. & l. se. & ff. de test. tutor. incertus. [h]
5 † Sed nunquid subdelegatus delegati à principe, cui
tota causa subdelegata est, vel etiam delegatus ab alio,
quàm à principe, qui non est, ad vniuersitatem causarum delegatus, potest citationem, vel quemuis alium
certum articulum committere? Et videtur quòd sic,
vt in concord. quæ sunt infrà. §. sequitur. & extra, eod.
cap. super quæstionum. §. 1. ibi: vel iudex quicunque,
i &c. [i] & eo. ti. c. ex literis. & C. de sportulis. l. 2. ex quib. iurib. & alijs notauerūt Gu. Naso, & do. Inno. IIII. & dn̄s
meus Hos. q tales posūt cōmittere certū articulū executorium sine iuris discussione. Vnde si articuli & interrogatoria, & alia plenè sunt examinata, possunt testium receptionem committere, vt in priuileg. c. cum
Bertoldus: secus si plenè non sunt examinata, sed habent aliquam causæ cognitionem annexā. extr. de app.
cum

ADDITIONES.

a Causarum. *Ponit verba Roffredi, in opa iuris Ciuilis, ti. 4. versic. ita demū. Sed indubitatū est ut etiam ibi nota quòd bene valet delegatio facta personæ nō subiectę delegāti, sed ille per delegātē nō potest cogi, vt recipiat. Hoc probāt iura seqētia. & facit l. 3. ff. de officio eius, cui man. est iurisdict. & sic nota in l. eum qui. ff. de iurisdictio, omnium iudi. Io. Andreas.*
b Literam. *Hoc intelligas infrà. vers. 3. Ioan. And.*
c Pedaneus. *De isti⁹ potestate vide īfra de iuris. om. iu. ver. infimi.*
d Sumptus. *Nō in delegato principis, sed in arbitro loquitur. cuius potestas dependet à partibus. Io. And.*
e Cū te. *Vt ibi patet, etiā subdelegare eße posset partim prouisio.*
f Delegatione. *Sup. alterius quàm principis. Io. And.*
g Litem contestatā. *Hoc dicit propter oppo. quæ habet, q post litem contestatā hic posset suo iure, de quo infra. §. sequitur. vers item potest causam in fi. Io. And.*
h Incertus. *Pro Vber. facit de of. dele. is cui. lib. 6. vbi is, cui cōmittitur prouisio ecclesiæ fiendæ certæ personę delegatę, aliàs nō. Sed in quæstione ego ibi tenui contrarium in vlt. gl. & vide quod super ea plenè scripsi. nec pcedit quod dicit Vber. de procu. per dec 2. de procu. li. 6. 2. respon. in fi. Io. And. Adde, quòd communis sententia do Legistarum & Canon. est cum Io. And. prout habetur per Mod. in l, more. ff. de iurisdict. omnium iudicum.*
Quicunque, &c. *Vbi vide super gloss. si ergo. Io. And.*

cum causam. Possunt ẽt cõmittere citationẽ, vt in præalleg.c.pastoralis.§.item cum vel denunciationem, vt
a eo.ti.c.ex literis.vbi etiam no.vominus meus Host.[a] ꝙ talis executor à talibus deputatus habet coercitionem contra omnes opponentes se sibi, & iniuriantes illis, quos mittit pro expeditione articuli sibi commissi. Quẽ etiam articulum potest alij delegare, quoad denunciationem faciendam.ar.prealleg.decre.ex literis. Mihi videtur, salua tanti viri debita reuerentia, quod nullus subdelegatus, nec etiam delegatus à delegato vel ordinario, & breuiter nullus delegatus ab alio, quam a principe, possit citationem, vel litis contestationem, vel testium receptionem, vel sententiæ prolationem committere vt extra de app.c.cum causam.quæ hoc expressè dicit de consan.& affi.c.1.quia talia sunt iurisdictionis, seu iurisdictionalia, vt extra de prob.c. qnoniam cõtra falsam, & causæ cognitionẽ desiderant, vt 3.q.3 c.à procedente.ff.de offi.proconsu.l.nec quicquam.§.j.& C.de dil.à procedente, quia forte opponetur, citationem non tenere, vel eũ non posse citare, vel litis contestationem nõ tenere, vel non esse faciẽdam, vel testem habere cãm criminalem, cum quo contra quẽ producitur.in Aut.de testi.§.si verò.& sic de alijs, quæ qdem iudex admittere debet: vnde tales talia cõmittere nõ pñt quia à iudice iudex datus iudicem dãdi potestatem nõ habet, vt C.de iud.l.à iudice.ff.de of.proconsu.& l.lega
b tus secũdũ, quod est ibi in litera, nõ.[b] & ff.de iurisd.om.iu.l.fi.vbi hoc vr̃ expressum, extra.de app.cum causam. Nam & tales dicuntur nõ tã executores, ꝙ cognitores, seu auditores, qui habent aliquã notionẽ, vt in præal. c. super.§.j.& §.porro.ff.de ver.sig.l.notionẽ.ff.de re iu.l.ait ptor.in prin.& subdelegati vocant, vt extra. de re iud. cum Bertholdus.& in c.pall.cum causam nec delegati olim citabãt per executores, sed p se.ff.de iur.om.iu.l.iubere.C.de iud.l.sancimus. Preterea qua ratione possent vnũ articulũ cõmittere, eadẽ & totã cãm, quod sie
6 rihion põt, vt proxi.concor.† Licèt.n.delegatus a principe, vel legatus, uel ordinarius iurisdictionẽ totã in aliũ transferre possint, nõ m ptãtẽ hñt alij cõmittendi.ff.de iur.om.iu.l.3.in fi. Et est.ratio, qa illa potestas nõ hr̃ ex commissione, sed ex lege vel.ↄstitutione.vt C.de iud.l.à iudice.ff.eo.l.cum ptor.respo.1.eũ eo.c.pastoralis.in prin.& c.vlt.respõ.1.& ꝙ specialiter lege vel senatu scõ sulto tribuũt, mãdata iurisdictione nõ trãseũt.ff. de iu.om.iu.l.1.Nec obstat decre.pastoralis.§.j.qa ibi loquit de delegato à principe, q hoc facere põt.Itẽ nec obstat decre.cum Bertholdus.quia ibi sic de facto ↄtigit, nec ↄditor iuris ad hoc se ibi retulit. Vel dñde, prout ibi no-
c tatur[c].nec decre.super qõnum.§. t.qnia qd ibi dicit, iudex quicunque intellige de ordinario, vt innuit glo.ibi posita, q incipit, Ergo si ordinari[9], &c.nec decre. ex literis.qa ibi Patriarcha nõ cõmisit publicationẽ iñiẽ. sed ipsemet per suas lras publicauit. Itẽ ibi Patriarcha erat subdelegatus à delegato principis, quod põt fieri, vt in pal.c.super.§.1.& eo.tit.c.pastoralis.in prin.vñ habebat coercitionẽ, vt ibi: & licèt ibi faceret legi suas lras, hoc nõ erat cõmittere.ar.ff.de arb.l.sed & si interpellar.§.arbiter.& dic.§.t.vbi dr̃, ꝙ arbiter põt citare per nunciũ, vel epistolã: & legẽdo p alios, ipse legere vr̃.ff.de admi.tut.l.ita aũt.§.gessisse.exr.eo.c.pastoralis.§.pterea.resp.
d 1.in fin.[d] Non ergo põt mandare aliquẽ citari per aliũ,
7 sed põt sic alicui scribere: † Forma. Nouentis, nos subdelegationẽ talis recepisse, vñ nos citam[9] talẽ, vt tali die & loco cõpareat corã nobis: quare rogo, vt hãc citationem sibi coram testibus intimetis: vel etiam scribat ei, quẽ citat.& de præsentatione literæ ei facta, fiat publi-
e cum instrm̃, vel in eius præsentia legatur.[e] Eodem etiã modo per nuncium, vt extra eo.c.prudentiam, in prin. & ut hoc videtur consentire Tanc. in libro in rubrica
f de iudicibus dele.circa prin.[f] & Vin.extra.de off. dele. c.fi.& Inn.eo.tit.§.cæterum.Quod autem dixi, uerũ est de iure communi: prius tamen dictum de facto seruatur: & beginnius est sustinendum gratia dirimendarum litium. extra de resti. spo. c. frequens, in prin. C.de iud.l. properandum. nec enim tales semper possunt omnia personaliter expedire. & si velis prius dictum sustinere, dic ꝙ si coram tali recipiatur contra citationem vel litis contestationem, vel contra te, vel huiusmodi, non ipse, sed delegatus de hoc cognoscit, vt in præall. c.sup quæstionum.§.qnem vero.& sic cessat præmissa obiectio.† Et ꝙ actus citandi non habeat iurisdictionẽ, sed citans est velut organum, vel pica citantis & minister, vt ff.de reb.eo.qui sub tu.vel cu.sũt l.magis.§. ne tamẽ titulo tenus.ff.de off.præsc.vrb.l.1,§.pe.2 3.q.5.ntiles.& J.de proc.§.vt aũt.ver. & nota ꝙ idẽ posset dici in sñiæ executione, quia hæc facti sunt. Quod autem dicit dominus meus, ꝙ talis executor habet coercitationẽ: nõ placet nisi datus esset à de egato à principe, & sic loquitur decre.ex literis. Item quod dicit, executor talis põt etiam alij committere, quo ad denunciationem, non placet: quia sic res posset infinitum abire, quod est vitandum: extra, de rescrip.c.cũm in multis.cum suis.cõ
g cor.[g] & quia tales deputatus est ad certum ministeriũ: Vnde nõ potest alij committere: extra.de off.de leg.c.qm.§.pe.& hoc nisi sibi mandatũ esset, qd posset per se vel per alium expedire, quia tunc posset, extra de dolo
9 & contu.c.vlt.in fi.† Item non obstat si obijcis de auditoribus palatij domini Papæ, qui citationes indifferen-
h ter committunt.[h] Nam ipsi sunt quasi ordinarij, & vniuersitas causarum audiendarum totius mundi est ipsis commissa, ex generali commissione audiãt vice domini Papæ causas appellationum, & vsque ad duas dietas per simplicem querelam, nisi in prælatus & maioribus dignitatib.ff.de iudi.l. cum prætor. §.6.q.3. cuncta. & ca.per principalem.in Auth.de iud.§.vetus.coll.6.licèt non possit aliquid sine eius speciali mandato diffinire: vt extra de test.c. Raynuncius.§. cum autem.&.ei facta prius relatione fidei: vt extra de re iud. cum Bertholdus.ver.qui. cum nobis. & de decimis.c.dudum.§. prior autem.& de app.c.intimasti.C.de rela.per totum.
i & vide infrà. titul. proxim.§.t.[i] † Sed secundum præ-
10 missa, quid si testes non sunt in loco, vbi causa agitur? Dic quod delegatus rogabit ordinarium illius loci, vt eos recipiat.C.de fide instrumen. Auth.apud eloquentissimum.& l.iudices & ille recipiet autoritate iuris cõmunis non rogantis: extrà, de fideiuss.c.constitutus. & ad hoc tenetur.ff.de requiren.reis.l.1.§.præsides. Quam rogandi formam collige infrà in tit.de teste.§. qualiter autem, ver.scribet autem. Nec enim ille isti committere potest, nec adhoc cogere, quia extra territorium ius dicẽti impunẽ nõ pareretur.ff.de iu.om.iu.l.fi.3.q.6.ca.neminem, & c.seq.& par in parem.& c.extra.de elec.c.innotuit. cum suis concor. & ideo cautè dicitur in dec. ꝙ debet suis literis significare.extra.de fideiuss.cap.3.in fin. Si verò præsentes sunt, per se examinet eos, & cau-
K sam per se audiat.C.de iud.authen.ad hæc.de consang.
11 & affi.c.1.[k] † Item quid si receptio testium tribus cõmittitur.

ADDITIONES.

a Hostien. *Vbi scripsi in gloss. forte. Io. And.*
b In litera, non. *Vna litera habet, ꝙ legatus iudicis dandi ius habet: alia litera habet, ius non habet. & vide quod ibi no. Io. And.*
c Ibi no. *In glo. sed qualiter. Et vide quod super ea scripsi. Adde qd Bar. in l.more.ff.de iurisd.om.iu.tenet cõtra: tñ vide Ale.ibi.*
d In fin. *Vide quod scripsi de dolo & contu.c.fi.ad ꝭ super verbo, vel alios. Ioan. Andreas.*
e Legatur. *Facit de elect.cle.causam.in prin. Io. And.*
f Circa prin. *Ibi loquitur de legato principis. Io. And.*
g Suis concor. *Lib.6. Io. And.*
h Committunt. *De hoc satis infra de citatione.§.vlt. Io. And.*
i Prox.§.1. *Corrige secũdo, et vide qd dicã inf.ti.prox.in pri.I.A.*
k Et affinita.cap.1. *Tu dic prædicta procedere in delegato ordinarius,*

uarij, quæ sunt falsa in delegato papæ, de quo ẽt videtur G. intellexisse per decret. 3. de fideiuss. quã alleg. quæ tamẽ aperte ꝓbat cõtrariũ cũ ibi dicatur, significes vt eos uice tua. probatur idem de offi. ord. c. significauit ibi, nõ accedunt, nec aliquos pro illorũ receptione transmittunt. & de delegato Papę loquitur, vt ibi patet bene facit de rescrip. statutum. §. pe. li. 6. Petrus ergo dictum huius versic. formabat in subdelegato vt scripsi in Decret. super quæstionum. eodem titulo super glos. si ergo Ioannes And.

mittitur: sed quia illi de facile non possunt in vnum locum conuenire, vna pars eligit vnam alia alium, & ipsi tres tertium, qui testes examinent. Dic quòd cum in rescripto dicatur, quò per se examinent, non potuit hoc fieri. Vnde non valet talis testium examinatio: & sic obtinuit. arg. ff. de iud. l. 2. ext. de of. dele. capitu. fi. arg. tamen contra in his, quæ no. infra de teste. §. nunc tra-
a ctandum. ver. debet quoque[a] † Et nota diligenter quatuor differentias inter delegatum à principe, & delegatum ordinario. Prima est infra eo. §. 3. ver. item potest causam sibi. Secunda est, quia delegatus à principe olim poterat citare cum solennitate edicti, quæ consueuerat obseruari, & non delegatus ab alio. C. de iud. l. sancimus. in fi. Auth. de liti. §. omnes. Tertia, quia si delegatus à principe aliquid de iurisdictione sibi reseruat, cum causam subdelegat, ac eum tantum est appellandum. cod. tit. c. super quæstionum. §. porro. secus in alio, à quo ad superiorem appellatur. ff. quis & à quo
b ap. l. 1. & 2. & extr. de appel. c. Romana.[b] Quarta, qui suã sententiam potest exequi, vt extr. c. significasti. & c. quęrentia. alius verò non ff. de re iud. l. à Diuo. ext. de foro com. c. si quis contra clericum. quod B. & Io. non ad-
c mittunt, vt ibi no. 2. q. 6. quisquis.[c]

ADDITIONES.

a Debet quoque. *Vbi datur alia remissio. Decre. fi. eo. tit. superius alleg. to. Facit ꝓ hoc contrario cũ ille, cui committitur negotiũ personaliter exequẽdũ, de consẽsu partium deleget, nisi in casibus ibi positis, per quod puto hoc ultimum uerum in delegato principẽs primũ ꝓcedat in delegato ordinary, & ꝙ dixi de delegato principis, intellige. qui iudex est, non nudus minister, ut not. in cl. eo. tit. c. iudices. in 1. gloss. Ioan. And.*

b Romana. *Lib. 6. Ioan. And. Adde, quærendo, quæ differentia est inter ipsum delegatum & ordinarium? Responde, quod iurisdictio delegata est stricti iuris & odiosa, ordinaria vero est fauorabilis. glo. ma. & ibi scribentes in c. 1. de rescrip. lib. 6. glo. in c. dispendia. eod. ti. & lib. glo. in c. solet. de senten. excom. eo li. 6. quod delegata sit odiosa, tenent Rota in anti. deci. 24. Lapus all. 45. in 2. col. circa finẽ. Cardi. in cõs. 17. in 1. Itẽ gl. pe. in cle. 2. de of. ordin.*

c Quisquis. *Vnde quod scripsi in ꝑ. Decre. si quis contra. super gl. hoc ideo. vbi posui has differentias, quas habuit G. a Tan. in suo libello huius tit. in fi. & Pet. & Ab. & Bonag. Io. And.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus quis constituatur.*

1 3. §. Constituuntur † autem delegati omnes, qui nõ prohibentur. ext. de spon. l. cum apud. ff. de procur. mutus. Qui autem prohibeantur, vide inf. eo. ti. §. pen. & fin.

SVMMARIVM.

1 *Delegari quæ causæ possint.*

4. §. Sequitur videre, quę possunt delegari: super quo vide infra de iurisdi-
a ction. omn. iud. in multis versicu.[a] † Delegari autem
1 potest generaliter principium causæ, vt citatio, & medium puta testium, vel iurisiurandi receptio, & finis, vt sententiæ, prolatio, vel eius executio extra eo. ca. super quæstionum. §. verum. & §. sequ eo. & ca. pastoralis. §. 1. & c. ex literis. de re iu. c. cum Bertholdus. & de testibus cog. c. 1.

ADDITIO.

a Multis. vers. *Sic dictum, quia Titulus ille non habet membra. Ioan. Andr.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus debet formam sibi traditam diligenter seruare.*
2 *Delegatus a Papa non bene facit subdelegando remotum partibus inuitis.*
3 *Delegatus in quibus debeat animaduertere, vbi eius impeditur iurisdictio.*
4 *Extraneus suspectus quòd velit vocatum ad causam offendere, potest cogi per delegatum ad cauendum idoneè securitate.*
5 *Extraneus offerens actori, de qua coram delegato mouenda erat quæstio, non potest ab ipso delegato puniri.*
6 *Delegatus non potest cogere brachium seculare, vt suam exequatur sententiam.*
7 *Delegatus non potest bellum indicere, sed bene potest mittere in possessionem causa custodiæ.*
8 *Delegatus quomodo potest excommunicatum actorem absoluere, & causam sibi delegatam alys committere.*
9 *Socius quomodo non tenetur subdelegationem recipere.*
10 *Episcopus non cogitur recipere subdelegatum sui condelegati. Papa non præsumitur per suum rescriptum alicui velle damnum inferre.*
Delegatus si non potest interesse, non potest subdelegare, si potest interesse per seipsum exercere.
11 *Subdelegare volens, quibus verbis in commissione vti debeat?*
13 *Pater plures filios habens, si syndicatum faciat nomine suo & filiorum, an nomina eorum debeant inesse syndicatui?*
14 *Filiam an debeat pater defendere in sponsalibus?*
15 *Syndicus si in uilla uel castro constituatur, an omnium filii debeãt intromitti?*
16 *Instrumentum continens, q omnes de consilio talem syndicum fecerunt, non ualet, nisi nomina consiliariorum inscribantur.*
Instrumento credendum est, donec contra probetur.
17 *Syndicus constitutus ab abbatissa cum suo conuentu, mortua abbatissa an possit pro monasterio agere?*
18 *Laicus non debet in rebus ecclesiasticis constitui.*
19 *Causa existente inter superiorem & capitulum, uter eorũ possit procuratorem constituere?*
20 *Syndico constituto a collegio sine consensu prælati, an si processit in causa prælato ratificante, ualebit quod cũ eo factũ est?*
21 *In creatione syndici quæ debeant contineri.*
Forma syndicatus monasterii qua debeat esse.
22 *Forma syndicatus uillæ, Castri uel uniuersitatis quō sit fienda.*


YNDICVS Græce Latine dr̃ defensor, Super quo dic, vt s̃. in tit. de his, qui ali. no. in iudi. interue. vers. syndicus, ubi no. de nominibus. & licet ad syndici munus, quod persona-
a le est, inuitus cogatur a: vt ff. de mune. & ho. l. 1 in prin.
& l. fi. §. defensores, tamen ei obiicitur, q non est consti-
b tutus ab uniuersitate, uel collegio licito b. ff. q cuiusq;
c vniuers. no. l. 1. vbi de hoc c. vel ab eo, cui uniuersitas pã
1 tem constituendi concessit, ff. eo. item eorum, §. 1. †
Item quod non est a duabus partibus curiæ, vel collegii constitutus. vt ff. quod cuiusque uniu. nom. nulli. &
l. plane, ff. de decret. ab ordin. faci. l. 3. C. de dec. li. 10 l.
nominationum, extra, de elect. licet vel saltem a maio-
d ri parte, extra de his, quæ fi. a maio. par. cap. c. 1. d. earta,
de elect. ecclesia vestra. 2. in fi. & 63. distin. obeuntibus.
Tamen ad defensionem ecclesię etiam minor pars potest constituere, ad quod etiam vnus admittitur. ext. de
e concel. præb. literas, & sic obtinuit. Et nota e, q quidam
legistæ dicunt in constitutione syndici sufficere duas
partes præsentium in ciuitate adesse. C. de leg. l. fi. sed
Il. & Azo dicunt oportere interesse duas partes totius
collegii: & maior pars duarum partium debet concor-
f dare: vt notatur in præ. l. nominationum f. & ff. quod
cuiusque vniuer. nom. nulli. ff. decre. ab ordin. fa. l. secunda, & probatur extra de elect. ecclesia vestra. primo
2 † Quid si omnes de collegio, vno excepto g, recesserint
g nũquid poterit ille constituere? De hoc no. ff. quod cuiusque uniuer. not. sicut municipium. §. fi. & ext. de po-
h stu. præla. cap. secundo. Quid si unus h consentit hodie
alius cras: vel vnus in vno loco, & alius in alio? Videtur
q ualeat constitutio: quia ratihabitio comparatur mãdato. C. ad Macedo. l. fin. C. de donat. inter uir. & vxo.
in donationibus, ff. de vi. & vi arm. l. 1. §. quot. ext. de ele.
quot sicut. ar. contra, q non valeat. sicut alias dicitur in
auctor. tare tutoris. Institu. de tuto. §. fi. ff. eodem, obligari, §. fi. ff. de vsucapio. nunquam. §. si solus. Dic quod
non va etenim solenniter debet fieri decurionibus cõ
uocatis. C. de legatio. lib. 10. l. penul. in fi. & C. de præd.
cur. lib. eodem l. fin. ibi: nec ex tabella. & de rebus ciui.
ven. l. 2. circa fin. lib. 11. Et nota, quòd constitutio syndici debet fieri in loco publico, & nõ priuato vel secreto: vt C. de decur. lib. 10. l. 2. & delegationibus. l. penu. &
de prædiis cur. l. 2. ff. de regulis iuris. l. aliud. §. refertur.
3 † Sed cuius ætatis dẽnt esse constituentes syndicũ? Di-
i cũt quidã q dẽnt esse maiores 25. i anno. cũ minor non
admittat: vt C. qñ prouoc. non est nece. pater. ff. de mu.
& ho. mo. ad rẽ. ff. de excu. tuto. scire. §. 1. Alij dicunt, q
debent esse maiores 14. annis quia tales testificant, & fidelitatẽ iurant: ut in constitutio. Federic. imperialẽ, &
K hoc de consuetudine seruatur k. Sed nunquid seruus debet consentire syndicatui? Videt̃ q non: quia quod atti
l net ad ius ciuile &c. l ff. de re. iur. quod attinet. ff. de testa
mẽtis. qui testã. §. seruus. & ff. ad l. Corn. de fal. nullo.
m modo. & hoc verius vr̃ m. § Quid de couersis monaste
n riorum n? & vr̃, q debent syndicatui cõsentire. Nã & ipsi clerici dicunt. 12. qũ. 2. duo & argument. 20. q. 2. hoc
ius porrectum. ibi, ibidem seruientium. argument. contra. Auth. de sanc. episc. §. clericos. extra de instit. c. 2. vbi
vr̃ prius dictũ approbare Innocentius IIII. Alij dicunt
in hoc consuetudini stari, ar. in Auth. colla. 9. de alie. &
o emphyteut. & ff. de decur. non tm̃ o. † Quid de mulie-
5 ribus? Dic quod si faciunt collegium, vt sunt moniales
bene possunt facere syndicum p. extra, de priuileg.
ex parte prima. de rescript. cum dilecta. Alioquin
non, cum non fungantur ciuilibus officijs. ff. de regulis
iuris, fœminę, & sic de consuetudine seruatur: quæ
multum in talibus operatur, ut C. de emancip. le. 1. & 2.
& l. fi.

ADDITIONES.

a Cogatur. *Supple, qui est de eadẽ vniuersitate vel collegio, vt ibi.*
b Licito. *Vide infra tit. 2. ver. item communiter.*
c Vbi de hoc. *Ibi enumerantur multa collegia licita in glos. quæ multa sunt. Albe. Gal.*
d c. 1. *Vide quod ibi dixi super gl. & ita.*
e Et non. *Secundum Albe. Gal.*
f Nominationum. *Ibi gl. non eligit, sed remittit ad l. seq. nulli.*
g Exceptio. *Secus si nullus remansisset, & esset collegiũ dissolutũ quod dic vt infr. ti. 2. uer. item quod uniuersitas. Adde Abb. cons. 25 & 28. li. 6. ubi ponit, an collegium possit residere in vno.*
h Quid si unus. *Ad literam fuit Alb. Gal. eo. tit. post princip. & totum quod sequitur vsque ad uers. item opponitur.*
i 25. ann. *Hoc procederet, quando collegium est tale, qd nõ admittit minores; ut collegium decurionum, qui debent attigisse 25. annum, ut l. ad rem. statim allegata.*
K Seruatur. *Et ubi esset cõtraria cõsuetudo, illa seruãda esset. ff. qd cuiusq; uniuer. ite eorum 1. respo. in fi. de decu. l. non tantum. ult. de iur. imm. l. semper, §. legem. facit de præ. cum in ecclesiis. li. 6.*
l Et cætera. *Serui pro nullis habentur.*
m Videtur. *Subdebat Albe. Gal. quod de consuetudine ciuitatis, si moritur seorsum, à domino admittitur.*
n Monasteriorum. *Si essent loca parua solos conuersos habentia nõ esset eis dubium; ut not. de delicto ex eo quod. li. c. in gl. pen. & super ea dixi si autem essent conuersi & conuersæ, uidetur spectare ad solos conuersos ff. de senat. l. 1. de fide instr. l. ult. melius uidetur considerandum, cui sexui magis deputatum sit collegium, ut per illud fiat syndicatus: si pariter utrique, sic pariter fiat. In hoc i tur lex, Herennius Modestinus. ff de statu. ho. & de testi. l. repen darum. in fi. de contrahend. empt. qui tamen. & l. cum ab eod. §. mensem. Hæc autem perpendi poterunt ex ministerio loci, & ex eius denominatione. ff. ad Mace. l. 2. & de iure fis. sed si accepto; C. de defen. ciui. l. defensores. Insti. de dona. §. 1. & facit quod not. in clem. de præb. cap. 2. Adde ut per Fed. de Senis, consi. 213. incipiente ad ultimum.*
o Non tantum. *Idem Vber. præ. & Io. de Deo post eum, ubi supra per ea iura. dic ut de elec. ex eo. quod. in fi. & ut ibi no: in ul. gl.*
p Syndicum. *Non de se, sed matrẽ per rationẽ q̃ sequitur, nec dantur curatrices. ff. de tu. & cur. da. ab. his scire oportet. in prin. Ad de Bal. consi. 214. lib. 3. ubi notarint non uenit puniendus falso. si tres aliquę moniales recedentes dicunt, nos erimus cõtentæ de eo quod faciet abbatissa, & in ipso sciebat eas fuisse præsentes, cum conclusio facta fuit.*

a &l.fi.a Quid si aliqua vniuersitas deliquit? Dic, ꝙ pōt ↄsti
b tuere syndicum: vt s. de accusato, ver. fin.b † Quid si iu
6 dex pnunciat syndicum illegitimum fore legitimum,
nunquid præiudicat vniuersitatis? Dicunt quidā, ꝙ sic,
propter auctoritatem iudicis. ff. de mino. ait prætor. in
princ. & de bo. pos. si seruus. & C. qui admi. ad bo. pos-
c sel. l. bonorū. Alij ↄ: qa fructū ptoris, &c c vt ff. de testa-
ment. tutel. in nostro. ff. de re. eorum, qui neque. ff. de
d fer. l. 1. rñ. 1. Ver. de Bo.d dixit, ꝙ non præiudicat vniuer
sitati. vt ff. de col. dete. cū non iusto. Nisi fortè iudex de
creuerit se ratū habiturū quicquid erit factū per eū: vt
ff. qđ cū fal. tut. auct. l. 1. §. pe.e Sed nūquid quilibet pōt
à tali pronunciatione appellare? Dic quòd sic. Appellat̄
enim ab interlocutoria, cum talis est, qđ nō pt emēdari
f in cā appel.f ff. de immo. intra vtile. C. si sępius in integ.
7 resti. postu. l. j. † Sed pone, quòd vniuersitas postea sol-
uit expensas: nunquid videtur ratum habere quod fa-
ctum est postea? Respondeo, sic. ff. rem ra. habe. Paulus
respon. ff. de decur. l. pen. ext. de re iudi. qđ ad expensas?
Respondeo, aut sciebat se non legitimè constitutū: &
tūc tenetur actione de dolo. ad expensas. Aut ignora-
bat: & tūc non tenetur. ff. de dolo. l. pē. ff. quod cum fal
8 so tut. nouissimè. §. fin. † Illud etiam quæritur: ecce, syn
g dicus constitutus est vsque ad annū, quod fieri potest g
vt ff. de proc. l. 2. & 3, ff. quod cuiusque vniuer. non l. itē
§. 1. ff. de mand. l. 2. intra quem cōtestatur ē litē. nunqd
finito anno tenebitur cām inchoatā finire? Videtur ꝙ
sic: cùm sit factus dñs litis. C. de proc. neq; Et ad hoc ff.
de nego. gest. nā & Seruius. §. pe. & C. vt post pube. cau
ség adsit tuto. l. 1. & ff. de appel. tutor. & l. si pendente, &
hoc quidam tenēt indistinctè. siue lis. fuerit ↄtestata cū
eo siue non: nc promiscuis actibus rerum turbentur
officia. C. de testa. consulta. & ar. ext. de renun. ca. 1. Alij
tamen contra per præ. l. consulta. nam rerum turbaren
tur officia, si nouus nouas causas ageret, & antiquus an
tiquas: & arg. p eis C. de procura. l. pcurator. Vel dic h,
ꝙ aut fuit constitutus inuitus: puta quia erat de colle-
gio, vel vniuersitate: & tunc videtur, quod non tenetur
eam finire. ff. de vacat. mune. l. legato. ff. de lega. Paulus
& hoc si rationem reddidit: vt ff. de admi. tuto. ita. §. fi.
in fin. Si autem sponte factus fuit syndicus, tunc cogi-
tur eam finire: vt in præ. l. nam & Seruius. §. vlti. Sed ad
i maiorem cautelam vniuersitas faciat syndicū: & ille i
faciat procuratorem eundem syndicum, secundum
9 Alber. Gal. † Quid si minor pars hominum alicuius lo
k ci k promittit nomine vniuersitatis, quod ipsa vniuer-
sitas ratum habebit: & ipse syndicus condemnatus est:
& cùm non esset legitimè constitutus, sententia cassa-
l ta est nūquid præsentes l tenentur? Videtur ꝙ sic, ff. de
m mag. conuen. l. 1. in princip.m Item opponitur, ꝙ ali-
qui non fuerunt vocati, sed contempti in constitutio-
ne syndici, ext. de eellec. quia pp. &c. in Genesi. & c. bo
næ. 2. de iure delib. ait prætor. C. de sacr. san. eccl. Aut.
hoc ius. nā in talibus nomina singulorum debent esse
scripta: vt infrà, versicu. item opponitur. Item quòd no
mina absentium sunt inscripta. extrà. de his quæ fiunt
10 à præ. sine consen. capit. cap. quanto. in f n. † Porro n si
n in instrumento dicitur, abbas de consensu omnium
monachorum cōstituit, vel abbas & omnes monachi
constituerunt: bene est argumen. ff. de procura filius. in
o princip. & ff. quod cuiusque vniuer. not. nulli o. Si verò
dicatur, abbas cum consilio monachorum vel abbas &
monachi fecerunt: vel potestas de consilio consiliario
rum, nec illorum nomina sunt expressa: aliud est, quia
hoc potest verum esse, etiam si tantum duo monachi
fuissent: & non duę partes. ff. qui satisd. cog. inter om-
nes. ff. de vsufruct. accre. l. 1. ff. de serui. vendit. si quādo.
p §. primo p. Sed & si instrumentū dicat, abbas cùm om
nibus monachis: intelligitur de præsentibus: vt in præ.
concordan, vnde non videtur sufficere secundū Vber.
cum absentes vocandi sint, si cōmodè fieri pōt, vt ext.
de elec. quod sicut, C. de leg. lib. 10. l. fi. licet contra. 10.
q. 2. hoc ius. Dicat ergo abbas, cum duab. partib. &c. &
q erit melius, si noīa specificentur q. vt ff. de albo. scri. l. 1.
C. de rescind. vend. si quæ hæreditati, & in præ. l. fi. C. de
r lega. & adde hic infra, ver. quid si in aliquo r. † Sed quid
si omisit ante litis contestationem hanc exceptionem
11 t de duab. partib. seu maiori parte? † non videtur ꝙ post
possit redire ad eam, quia est dilatoria, ext. de re iud. in-
ter monasterium, & quia ex toto non est uera, quia sal-
tem aliquorum erat syndicus, quo ad quos valebat syn-
dicatus, C. de proc. ita demum, ff. de leg. 2. cum filius, §.
3. Arg. contra quia nō intelligitur habere mandatum,
qui non habet integrum, ff. de edendo, l. 1. §. fi. ff. de trā
sact. cum hi, §. si prætor. ext. de transac. c. 2. 9. di. si ad la-
s cras sol. Dicunt quidam s, ꝙ si suscipis onus probandi,
audieris post litem contestatam, C. procu. licet. Alij cō
t tra t, per prædictā decr. inter monasteriū. † Sed si añ litē
contest. opponatur, ꝙ nō fuerūt duæ partes, vel maior
pars:

ADDITIONES.

a l. fi. *Infra remittam, ver. quid de syndico, & sup. uer. sed cuius.*
b Ver. fi. *Et vbi remissionem dedi, an possit per syndicum accusare.* *ADDE Ang. cons. 165.*
c Et ceterm. *Iuri derogare non potest.*
d De Bo. *Sic allegabat Alber.*
e Penultimo. *Iste finis non placet, & ad solutionem huius legis & similium, vide quod dixi de rescrip. super literis, post post glo. in 2. col. ver. secus, quæ solutio consistit in hoc, ꝙ iudex non potest dare parti procuratorem, & tamen dat pupillo tutorem. Inducitur etiam, quod certi sunt casus, quib. sententia facit ius, facit, ff. de statu. ho. ingenuum, & not. ext. de re iu. ca. pe. inter quos iste non est. Item sicut non fuit syndicus in causa principali, sic nec in ista, ut syndicus.*
f Causa app. *Verbum Alb. Gal. habentis respectum ad ius ciuile.*
g Quod fieri potest. *Vt sup. de procu. §. ratione formæ, ver. quid si mandatum.*
h Vel dic. *Hic incipit solutio Alb. de quo infra, quam ponit eo. tit. in 2. col.*
i Et ille. *Aut quis, qui contestatus est litem.*
k Alicuius loci. *Sup. quod posuit Alb. constituit syndicum, &c.*
l Nunquid præsentes. *Verbum est legis allegatę, id est constituentes.*
m In prin. *Per quam l. & per l. si ex duob. socijs, in fi. ff. de ne. ge. et eo. tit. l. fi. & ff. man. si pro te. dicunt quidam, ꝙ syndico facto per maiorem partem ad causam prosequentem, siue contradicente minore, siue obtineat, siue succumbat, contradicentes nō tenetur contribuere ad expensas. Contrariū tene, cū a toto corpore videatur factū, qđ fecit pars maior, ff. de re. iu. aliud, su. refertur ad muni. qđ maior. ext. de his, q fi. a ma. par. c. 1. Adde ut per Bart. in l. quod maior ad mun. & per Alex. ibi in apo. primam opi. de qua in adi. videtur sequi Old. consi. 222. incipiente, circa illud.*
n Porro. *Nunc ingreditur verba Vber. de Bon. vbi supra.*
ADDITIO. Et quid si in instrumento dicitur, tales monachi constituerunt talem syndicum, an per hoc probetur legitima constitutio syndici s. quòd fuerit constitutus ab omnib. uel a maiori parte? Vide Hip. Marsil. sing. 171. incip. audiuisti, alias regulam. Et ad materiam vide laté per And. Sicu. in consi. 7. inci. clementissimi Dei, &c. in 1. vol. H. F.
o Nulli. *Quod melius sit eos pariter facere, allegatur lex 2. ff. sol. mat. sed Vber. prę. vbi supra, dicit per eadem iura primam legitimam, sed secundam admissam.*
p §. 1. *Ad idem, ff. de uer. sig. inter illam, §. fi. de man. testa. l. libertas, §. ult. qua quid dicant, vide super regula, pluralis, in 6.*
q Specificentur. *Ad hoc, C. de Epi. aud. auth. præsides & qui testa. fac. poss. hac consultissima, in prin. Adde Fed. consil. 243. & 276. ubi ponit, quòd ex eo quod notarius dicit, interuenerunt A. & B. & C. qui faciunt duas partes totius capituli, cum re uera nō repręsentarent. non per hoc falsarius dici potest.*
r In aliquo. *Vide quod ibi dicam.*
s Quidam. *Vber. de hoc ubi supra.*
t Contra. *Ioan. de Deo ubi supra.*

pars & aduersarius dicit, ꝙ nō fuerunt plures in vniuer
sitate: quis probabit, cum vterq; neget? & vr̄ ꝙ is, qui ex
cipit: tum quia omnia præsumuntur solenniter acta, tū
quia in sua negatione inest amplificatio: vt ff. de verb.
obl. sciendum, ext. de renun. c. super hoc, ff. de proba. in
in executione, ext. eo. c. tertio, & de præsum. illud. Nisi
sit præsumptio contra constituentes, ꝙ consueuerunt
esse plures, ar. ext. de syndico, c. vnico. Alij dicunt, ꝙ qui
ostendit syndicatum, dēt probare solennitatē affuisse.
ff. de pub. quæcunque, in fin. Nec obstat ꝙ alter excipit
negando, C. de non nu. pe. si ex cautione, iudex tñ bene
a faciet [a], si vtrunque ad probandum admittat, & ex offi-
cio veritatem inquirat. 30. q. vlt. iudicantem, ext. de off.
deleg. super quæstionū, §. intentionis, in fi. vt parcat la-
13 borib. partium & expensis, vt eod. tit. cum te. † Quid si
pater habens plures filios facit syndicum seu procura-
torem pro se & pro ipsis? Rñdeo, si sunt emancipati vel
maiores 25. an. nomina eorum esse debent in procura
tione expressa: si minores sunt, sufficit conscientia pa-
terna, ff. de procur. spurij, & ff. de mu. & ho. ad Rempu
b blicam [b]. De emancipatis, qui habent patrem sufficien
tem, non est quæstio: quia non vocantur ad procuratio
nē partis, ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. 2. §. 1. C. de decu.
l. 5. ff. de mino. cum mandato. Clerici aūt omnes vocan
c tur, tā maiores, & minores [c]: qa canones nō distinguūt,
ſm Io. de Deo. ext. de elect. cū in cunctis, de his, quæ fi.
a ma. par. c. cum in cunctis, C. de decu. l. 4. ff. eo. l. 3. ff. de
his, qui sui vel alie. iur. sunt filius, ff. ad Treb nā quod at
tinet, C. de excu. tu. onera. Dic ꝙ impuberes non voca-
buntur: quia non possunt sapiētum iura tractare, C. de
test. mil. l. fi. ext. de æta. & qual. ex ratione, vbi de hoc. ex.
d de præb. super inordinata d. † Quis defendet filiam in
sponsalib. & an ipsa vel eius pater constituet procurato
rem, & quid iuris sit? de hoc not ſm Papam, ext. de pro
cur. accedens. Sed quæritur, vtrum pater agens pro fi-
lia teneatur satisdare, quod ille ratum habeat? Respō. si
talis est causa, quam pater potest inuito filio, vel filia tra
ctare vel remittere, non tenetur cauere. Si vero nō po-
test remittere, puta quia vilis est, & filius, cui iniuria ir-
rogata, est probus: tunc tenetur cauere, ff. de iniur. sed
& si vnus, §. filio, & vide, ff. rem ra. hab. si sine iudice, §.
e fi. ſm Vin. [e] † Quid de syndico a castro vel villa cōstitu-
15 to, vbi sunt centum familiæ, vel cētum patresfamilias,
qui habēt plures plures filios, quosdā in ptāte, & quos-
dam emancipatos: & in constitutione fuerint duæ par-
tes patrum, sed non liberorum? Dic vt iam dixi in præ-
f cedenti quæstione: consuetudo tamen filios nō vocat [f].
g Item opponitur g, ꝙ nomina monachorum vel consi-
liariorum seu aliorum de vniuersitate non sint sigilla-
tim inserta in instrō syndicatus, C. de vend. re. ciu. li. 10.
l. finali, prope finem, ver. in prouincijs, licet ille speciale
h possit dici in vendicatione rerum ciuitatis [h]. Ad hoc ta
men facit, C. de prædijs curiali, eo. li. l. fin. ff. de albo scri.
l. prima, & secunda, & ext. de his quæ fi. a præla. quanto.
Quidam tamen dicunt, quòd sufficit pulsatio campa-
næ, ad cuius sonum concilium consueuit congregari,
i extra de elect. in causis [i]. 1. di. ius militare, ext. de hom.
16 cap. to. Quid † si in aliquo instrumento continetur, ꝙ
K omnes de concilio Narbo. congregati [k] ad sonum cā-
panæ, vel ad uocem præconis more solito talem syn-
dicum fecerunt? Videtur quòd non valet: nam nomi-
na consiliariorum debent esse inscripta, vt dixi. Sed in
contrarium obtinuit. nam credendum est instrumen-
to, donec contra probetur, C. de probe. cum precibus,
C. de contrahen. & committ. stipu. optimam, in fin. ex.
de præscript. ad audientiam, qui. n. oēs dixit, nullum ex
cipit. 19. distin. si Romanorum, extra de ma. & obe. so
l litæ. Alij tamen contra [l]: sed si dixisset duas partes ab-
fuisset: tunc indubitanter deberent esse inscripta: quia
differentia est inter uniuersalem adiectionē, & specia-
lem. ff. de euic. serui vencitor. ff. de no. oper. nun. de pu
pillo

ADDITIONES.

a Bene facit. *Et Vber. prædicebat, quòd sic faceret, si. iudex esset. Adde, vt per Fede. de Senis cons. 48. incipie nte, casus talis, & cons. 227. incipiente si potero.*

b Rempublicam. *Dicebat Vber. pro ecclesia tamē hoc nō tenet: intellige quòd minores 25. annis non habeant vocem.*

c Et minores. *Conuertere debuisset: sed sic posuit Io. & intellige, vt sequitur. Vel dic, quòd loquitur de maioribus 70. qui secūdum leges nō admittuntur. ff. de decurio. l. non tantùm prima & 2. respon. eos canon admittit.*

d Inordinata. *Et datet electio, ex eo quo lib. 6.*

e Secundum Vinc. *in præ. Decret. accedenns in materia legis vlt. C. de bonis qui liber. in §. vbi autem. in prima gl. formatur q. de qua etiā no. in l. si filius ff. qui satisdare cogātur. Hoc dixi, quia nimis restringit hic author hanc quæstionem, scilicet ad casum iniuriæ filio irrogata, de qua vide infra. de iniu. §. 1. ad fi. ad fi. vers. sed nunquid nocet. sed generalius de quæstione, vbi supra. & aliquid per Dyn. in regula, ratum quis li. 6. ante fi. plenè per Cyn. in præ. §. vbi aūt. & adhuc plenius ibi per Simo. Vincent. qui ad partem, ꝙ satisdare teneatur, inducit, ꝙ inter personas coniūctas enumerantur, quæ sine mandato admittuntur, sed cauent de rato, ff. de procurato. sed & hæ. & de hoc supra de coniuncta persona. Itē videtur expressum ff. de castren. pecu. l. ex ex castreosi. in fi. ff. solut. matrimo. l. 2. in fi. & l. 3. & l. si cum dotem, §. si pater. & de de procu. non solum. §. si de dote. In contrarium tutoris auctoritas inuenta est ad similitudinem patriæ potestatis. C. de sen. pas l fin. tutor. nō satisdat de rato. C. de admi. tuto. l. tutores. 1. ergo nec pater. Item cum pater sit legitimus administrator in bonis filij, & maximè in iudicijs. vt in præ. l. cum non solum. & de bonis mater l. 1. ergo filius non potest non habere ratum, ne principis auctoritate decipiatur conuentus, vt ibi Soluebat ꝙ si pater vsumfructum habet in bonis filij, de quibus est lis, de his non satisdat de rato propter legitimam administrationem, quam habet in illis: vt patet per leges proximè allegatas. Et sicut dictū est de tutore idē putat de illijs, in quibus pater non habet vsumfructum: dummodo patri competat exercitium actionis ff. de procura. non solum. §. si pater. In his autem in quibus pater nec habet vsumfructum, nec exercitiū actionis, si noīe filij agat, tūc satisdabit, vt coniuncta persona, & sic procedit ff. de procu. sed & hæ. de nego. ius autem. etiam si procedat lex ex castrensi, in fine superius allegata. & eo. tit. l. 4. in fine. videmus de parte agente, quo ad cautionē de iudi. soluendo, Simon se expediens dixit, quòd idē qđ sup. Sed Dyn. tenet in regula, ratum quis. li. 6. qđ tenet gl. in p̄. §. vbi quòd si vt administrabitur, non teneatur, si vt alius teneatᷣ. Pro primo d. facit, qa iurat tūc de calūnia, de hoc inf. de iura. cal. §. restat. vers. sed an pater. Itē cū solū testimonium patris eximat tutorē ad onera satisdandi. C. de epis. audien. de creationib. Insti. de satisda. tu. §. 1. potius releuandus est ipse pater. Itē orphanatori nō satisdant. C. de episcopis & clericis orphanotros ergo nec pater, ꝙ plus iuris hēt in bonis filij, quā ille in bonis pauperū, vt in præ. l. fi. C. de bonis q̄ liber in contrariū inducitur regula, in eo quod plus. §. 1. qđ nemo alienæ rei sine satisdatione idoneus defensor ē, q̄ reperitur Insti. de satisdat. §. qua dixim. & §. fi. per quod multi tenent regulā firmā in parte, cū de ipso non reperiatur exceptum Facit ff. de priuari. l. 3. in fi. C. de col. illi. de sen. excō. is qui. li. 6. De ipso aūt filiosfamilias an agat sine consensu patris, & saturitatē habetur suprà de actore. §. 1. ver. & idem quòd est filiusfam. cū duabus char. seq. & per ibi scripta Canonista intelliget supr. d. Adde, vt per Barto. in d. §. vbi autem. & no. in l. 2. §. voluntate. ff. solu. matri.*

f Non vocat. *De hoc & de ætate, & de mulieribus. scripsi de operis noui nunciatione cùm ex iniuncto. in gloss. magna. versi. sed si sit vniuersitas.*

g Item opponitur. *Reassumit verba Albe. Gal. hic tribus versi. sequenti.*

h Ciuitatis. *Istud nō fuit verbum Albe. sed Vber. de Bona. & sub dubio fortè.*

i In causis. *Vide quod satis ibi scripsi super verbo campanam.*

K Congregati. *Si exponas, id est, illi congregati erant, patebit nō sufficiens forma.*

l Tamen contra. *Alber. cuius fuit iste ver.*

pillo.§.qui nunciat.& vide J.in tract.libellorum,in tit.
a de app.§.1.ver.& notabiliter.& iunge his š.ver.porrò [a]
Sed nunquid vniuersitas vel collegium pōt facere syn
dicum fine rectoris consensu? Vř q̄ sic,ff.de decr.ab or
b di.fa.l.j.Arg.̄ɔ.si magistratus adest [b]. ff. de tuto. cu. da.
ab his.vbi ff. qñ app. sit l. j.§.solent.cX.de offic.ordi.cū
vos.C.de his qui ad eccl.cōfug.præsenti.§.si quid. & J.
17 ver. item q̄ non est constit. † Quid si aliqua abbatissa
cum suo conuentu constituit syndicum, demum ipsa
decedit: nūquid ille poterit pro monasterio agere? Di-
cit Alber.Gal.q̄ causas cæptas poterit finire. sed de no
uo inchoare non potest.ff.de neg.gest.nam & Seruius
§.si vino. De hoc s.de procu.§.ratione quoque.ver. sed
c nunquid procurator [c] Tamen,vt dicit, vacante mona-
sterio syndicum facit: vt eX.de in integ. restitu.c.3. Alij
contra,vt extrà,ne se.uac.c.fin.Item, q̄ est inhabilis ad
agendum: ut ff. quod cuiusque uni.l.j.prope.fi.uer.&
quidam. ut quia excommunicatus, uel miles, uel mi-
nor,uel mulier, & huiusmodi. Item, q̄ dubium est de
eius mādato,nec cauit de rato uolēs agere.ff.quod cu-
iusque uniuer.l.item eorum.§.pe.quod dic ur no. J.de
satisdatio.§.uiso.& §.sec.Item quòd est cōstitutus mi
nus solemniter, scilicet decreto non interueniente. C.
de appell.si actor.& l.nominationes.quæ est 2.quæst.6.
nominationes.& in præd.l.item eorum. Instit.de cura.
18 §.fin. Sed iura præmissa de actore loquūtur. & Item q̄
est laicus in rebus ecclesiasticis constitutus.supra,de e-
piscop.& cleric.omnia 16.quæst.1.de præsentium. &c.
qui verè.& c.monachi. Sed hanc exceptionem secun-
dum canones non admitto: vt extra, de syndi.c.vnico.
vbi de hoc,nisi essent spirituales: vt dixi supra, titu. de
d procurat.§.1.versic.item quòd est laycus [d] & infra, ti-
tu.proximo.versicu.item quòd est laicus.& Institu.de
tuto.& curat.§.fi.9 quæstio.3.cum scimus. Item quòd
est constitutus ab vniuersitate,cuius rectores sunt ex-
communicati.extra de procurat. capit. fin. Item quòd
mādatum est reuocatum,non permissum: nam si per
mitteretur,duraret: vt ff.quod cuiusque vniuer. item
e eorum.§.penult.31.quæst.1.hac ratione [e] Item quòd
non est cōstitutus de consensu episcopi.C.de episcopo
& cleric.omnes,qui vbique.§.hoc nihilominus.sed ibi
de œconomo.extra,de iuram.cal. Imperator. Quod sic
f intellige [f], si negotium pertineat ad episcopum, ipse
de consensu capituli constituit syndicum vel actorem
Si ad capitulum,tunc capitulum constituet de consen
su episcopi. Sed si ad vtrumque: tunc non potest vnus
sine alio constituere.argum.in præ.concor.& 18.qō.2.
hoc tātum. Indit.de cur.§.fi.10.qō.1.hoc ius. C. de his
qui eccles.cofug.præsenti.ex.ne se.vacā.c.fi.de iudicijs.
c.cām.de resc.edoceri. Vtrū prælatus cōstituat sine ca.
Dic.vt sup.de procurat.§.rō quoq; ver. itē quòd const.
Itē vtrū capitulū consti.sine prælato? Vide pro,& con-
g tra, sup.ver.sed nūquid vniuersitas [g]. † Sed quid in cau
19 sa,quæ est inter prælatū & capitulum: nunquid capi-
tulum potest agere & constituere procuratorem? Et
dicunt quidam,q̄ superior dabit tunc collegio procu-
ratorem,cuius officium expirabit causa finita. Insti. de
apthor.tut.in fi. Tu dic,q̄ licet hoc fieri possit, tamen
non fiat,ipsum collegium habet hoc casu administra-
tionem legitimā: & potest agere & defendere, & pro-
curatorem constituere.extra de elec.cum ecclesia Vul
terana.ex.de causa poss.& propriet.cum olim.& Idem
est est etiam in quæstionib. quæ solent vacāte ecclesia
locum habere,vt in causis electionum: vt ext. de elect.
cū dilecti,&c. Cumana.& de verbo.sing. abbate. & de
h causa possess.& propriet.cum ecclesia [h]. † Quid si syn-
20 dicus ɔstitutus à collegio sine authoritate prælati pro
cessit in causa: nunquid prælato postmodum ratifican-
te valebit,quod cum illo factum est? Vide pro & con-
tra,ext.de reb.eccl.alie.vel non dudum.lib. 6.& de his,
quæ fi.a præl.sine cons.cap.cum nos. Qudam tamen di
cunt,q̄ si citò,& post modicum interuallum ratificet,
ualet,alias non,ext.de elect.officium,ff.si cer. pet.lecta.
Debet autem fieri de ipsa vniuersitate,si fieri posset.16.
q.7.in noua.& ca.præced. ff. quod cuiusque vniuer.no.
planè, vbi de hoc,l.seq.& l.liñē.ibi: quod suffragiū, &c.
C.de episcop.& cleric.placet, 16.quæstio.1.qui uerè,&
cap.monachi,extra de testibus,insuper,tamen si est ne
cessitas: puta, quia ibi non est idoneus: tunc etiam
aliun-

ADDITIONES.

a Ver.porrò. *Bar.in Decre.ult.de procur.as p.ultima gl. tenet, q̄ nomina constituentium debent exprimi in syndicatu, ubi etiam videtur idem uoluisse Inno sed Host.in Summa de syndico,§.qualiter.tenet illa exprimenda,nisi impossibilitas vel grandis difficultas esset in exprimēdo,pp ipsorum multitudinem Scias q̄ procuratorio non habente noīa multū suffragaretur sigillū collegij, uel uniuersitatis. Facit ext.de prob.c.3.de apo.significauit,de sē. excom.c.1.lib 6.& eod.lib.de elect.ut circa,ff.de procu.si procuratorem,C.de epis.& cler.si quis in hoc,& l.si quis,& sic illi stabitur,nisi contrarium probetur,C.de prob.l.cum precib. Quod autem capitulum,collegium,uniuersitas,& similia sint noīa certa, probatur sic. In iudicis persona actoris,& rei debent esse certa in prin.& in fi.sed constat libellos formari,& recipi, & sententias ferri sub his nominib.de resc.causam,quæ.& c.capitulum sanctæ cru.ut lit.pend.ecclesia 2.de probat.licet,& sub nominib.his etiā insertur pœna præter excōicationem,ut lib.6.de sent.excom. Romana,§.ult.c.si sententia,& c.seq.de pœnis,c.felicis, eod.lib. Itē constat,q̄ persona legatarij debet esse certa, Institu.de lega.§. incertis,& tamen corporis uel collegio legari potest,ff.de lega.3.l.pater,§.Tusculani,& l.Lucius,§.collegio,ext.de testamentis,c.officij,& c.seq. Item ff.de lega.3.si chorus dicitur,quòd choro uel familia legatis,perinde est,ac si singuli essent legati. Patet ergo certitudinem per hoc haberi: superuacuum ergo est certificari petere,quod est certum,ff.de dote prælег.l.1.§. Esset ergo certificatio inquirenda,quando procuratorium non exprimeret capitulum,collegium,uel uniuersitatem. sed diceret,canonici talis ecclesia: homines talis collegij,uel his similia. Sed huic obstat,q̄ notarius de facto,non de iure fidem facere pōt,sicut de teste dixit Innoc.in Decr.cum causam,de testi.quod uide inf.de teste, §. nunc tractandum,uer.quid ergo si quis. Nam hoc negatur in notario, qui non posset scdm hoc scribere aliquam solenniter stipulatum: cum solennitas sit iuris. Fides enim notarij ex officio publico est probata,de præscrip.ad audientiam,uers.nec credentes. Pro tanto etiam præsumitur solennitas,ēt si non appareat,ff.de uer.oblig. l.sciendum, Instit.de fideiusso.§ si scriptum. Fortius igitur illam pōt asserere,sed non sic in teste. Sunt quædam uniuersitates, quæ consistunt in numero,sicut ciuitas habet centū consiliarios, ecclesia uel monasterium 20.canonicos,uel monachos, solent notarij in his sine expressione personarū exprimere numerū uerum & præsentem. Sic dicendo,in quo interfuerūt plusquam duæ partes. Nam cum centum sint consiliarii,interfuerunt autem octuaginta,& sic de clericis,uel monachis,& hoc sufficit. Consulo q̄ in arduis,maximè in longinquo tractandis exprimas nomina. Adde quod Io. And.sæpe furtum facit,nā hæc additio est Old.cons.100. incipiente,in execut.& Feder.uide cons.286.*

b Adest. *Ergo poterit,si abest. vide Vber.de Bonacn. exaltans uocem suam,eo.tit.in fi.dicit per l.ubi summè, bene probari absente rectore ecclesiastico,uel seculari, collegium uel uniuersitatē posse syndicum ordinare. Adde,ut per Pan.in c.1.ext.eo.*

c Procurator. *Vide quod ibi per clemen.de procurat. procuratorem.*

d Est laicus. *Vide quod ibi dixi.*

e Ratione. *Hoc respicit secundum dictum: prima concordantia respicit primum.*

f Sic intellige. *Secundum Tancr.in rub.*

g Vniuersitas. *De hoc plenè supra,de actore,in ultima charta.*

h Cum ecclesia. *Vide de rescrip.edoceri,in fi. prima gl. & quod sub ea dixi. Et est simile,quod de filiofam.contra patrem agente, no.sup.de actore,§.1.uer quid si filius,C.de bon. quæ libert. cum non solum,ad fi.magna glo.*

a aliunde[a],ext.de syndico,c.1.ext. de iur.cal.in pertractā-
ff.de cur.fur.dan.l.2.§.2.C.de epis.& cler.&in ecclesijs,
ff.de tur.& cur.da.ab his,l.diuus. Pōt etiam esse pater-
fam.vel filiusfa.vt in præ.l.item eorum,§.fi.ext.de pro-
cur.non iniustè.Item pōt reuocari,& procurator:vt in
ea.l.in fi.potest etiam post litem contestatam procura-
21 torem dare,C.de proc.† Item in creatione syndici vel
actoris debet contineri quis,ad quid,contra quos, & in
qua causa,vel causis constituitur,ff.de proc.si ꝓcurator.
a FORMA aūt syndicatus talis erit: [b] Venerabilis pr̄ D.
Io. Abbas Villæ magnæ, diœcesis Bituric. de voluntate
& assensu talis epi Bituric.pro seipso & eius successori-
bus,vice & noīe dicti monasterij,præsentib. & consen-
tienb.fratrib.infrascriptis,& monachis eiusdem mona
sterij ad hoc in capitu.specialiter congregatis,fecit,con
stituit,& ordinauit P.ibid.ꝑsentē suū & dicti monaste-
rij & ꝯuentus eiusdē syndicū,ꝓcuratorē,actorē,& cer-
tū nūcium specialem,specialiter in tali causa, quam di
ctum monasterium habet vel hr̄e intendit cum tali,&
c.Pone ea,ad quæ cōstituitur:vt s̄.in instr̄is procuratio-
nū.In fi.aūt dicas: & promittens dictus dn̄s abbas vice
& noīe dicti monasterij,præsentib. & consentientibus
eisdē fratrib.se firma,grata,& rata habiturum quæcun
que dictus syndicus & procurator circa prædicta, vel
aliquod prædictorum dixerit facienda. Fratres aūt ip-
ipsius monasterij his omnib.præsentes & consentien-
22 tes fuerunt hi.s.dn̄s H.dn̄s M. &c. † Porrò si ab aliqua
vniuersitate castri,vel villæ constituatur, vel ab aliqua
societate,Potestas,consul,rector,aut minister, congre-
gata vniuersitate vna cum omnib. ipsius vniuersitatis
præsentib.ibidem constituant:& tunc sic conficias.

FORMA. Cōuenientib.& congregatis hoīb.castri
de Podiomissione apud ecclesiam S.Martini eiusdē lo
ci,more solito ad pulsatione cāpanæ talis Ptās,vel ꝯsul,
vel baiulus,vel rector cōis eiusdē castri,ꝓ seipso & suis
successorib.vice & noīe dicti cōis, cū consensu & volū
tate hoīum eiusdē castri,ibidē præsentiū, s.talis & talis
& sic de singulis:& saltē duæ partes adsint,& ipsi oēs &
singuli ibidē præsentes ꝓ seipsis,& vice ac nomine vni
uersitatis dicti cōis fecerūt, ꝯstituerunt, & ordinaue-
rūt talē ꝑsentē,uel absētē,eorū,& dicti cōis,& vniuersi
tatis syndicū, actorē,& ꝓcuratorē,& certū nūciū spālē.

ADDITIONES.

a Etiam aliunde. *De uar.sig..Abbate.in fi.*
b FORMA Syndicatus. *Ista forma & sequens fuerunt Rolan di parte 7.in fine excepto quòd hic præsumitur de episcopo.*

Bal. De Syndico.

SYNDICVS debet ꝯstitui à collegio & collegia
liter,nō à singulis,id est,à quolibet ꝑ se:qa tunc peccat
in forma.Nā non habet formā collegij dispartita volū
tas singulorū.Nā collegiū in aggregatione ꝯsistit. ver.
qd si vnus.hodie secus:qa plures faciūt collegiū. ff. de
pac.l.cū meo.& de serui.rust.prædi.l.ꝑ fundū. Et dr̄ col
legiū esse integrū,vbi sunt oēs vel duæ partes oīum cō
gregatæ & cōuocatæ solēniter,more solito ꝑ præconē
& sonū campanæ,vel aliū modū consuetū: non tn̄ re-
quiritur,ꝙ oēs congregati consentiant: sed maior pars
congregatorū.ver.itē ꝙ nō,& not.G. Et non hn̄t vocē
pupilli,sed adulti sic,& tanq̄ de collegio cōstituunt mi
nores syndicū ad iudicia,licet suo noīe non possint cō-
stituere,ver.sed cuius ætatis. G. Et nō hn̄t vocē mulie-
res,nisi in collegijs mulierū,ut moniales,ver.qd de mu
lierib.G.Sententia lata super syndicatu in collegio, ꝙ
sit legitimus,nō nocet collegio, nisi iudex adiecerit se
ratū habiturū,qđ cū eo fieret,l.1.§.idē Pōponius, ff. qđ
cū fal.tu.ver.qđ si iudex. G. Si syndicatus erat ipso iure
nullus,ut qa a minori parte, interlocutoria iudicis ni-
hil operat̄,quia non hēt fundamentū,nisi sit lata sciēte
vel citata vniuersitate. Si aūt ꝑ exceptionē poterat eligi
tūc ualet. Et ad §.idē Pōponius,dic ut ibi not.ꝑ Iac. de
Arc. Bald. Et p̄t appellari a tali interlocutoria. Vide qđ
no.Inno.de resc.super literis.& ī.de reg.iur. §. & falsū
minor pars.ꝯstituit syndicū,& ꝓmisit ꝙ vniuersitas ha
bebit ratū & gratū:non valet constitutio.tn̄ ex promis
sione rati illa minor pars obligatur. ver. quid si minor
pars. G.ff.de mag.conue.l.1. Nā minor pars p̄t ꝯtrahe-
re,& se obligare.ff.si seru.vē.l.testatrix.§.plures.Bal.Ex
ceptio,ꝙ syndicus est constitutus à minori parte,vel ꝙ
nō fuerunt duę partes ꝯgregatæ,p̄t opponi ēt lit.ꝯte.tn̄
excipiēti ꝯ. tenorem instrumenti incūbit probatio.Si
aūt tenor instrumenti non significat de duabus, nō in
cumbit probatio excipiēti,sed syndico. ver. sed quid si
amisisti. G.Vide C.de ꝯ.& cōmi.stip.l.optimam, Iaco,
de Are.& Cyn.ff.rē ra.ha.l.actor.Bal. De cōsuetudine
in syndicatu sufficit caput familiæ consentire pro tota
familia sua.ver.quid de G.Si instr̄m syndicatus dicit,ꝙ
oēs interfuerūt,sufficit sine noīum expressione. Secus
si dicit duas partes, quia tūc sigillatim nomina sunt in-
scribenda, ne vacillet reprobationis facultas. ver. item
opponitur,cū seq.Sed Old.dicit,ꝙ æquè fidum est testi
moniū instrumēti de quota par. vniuersitatis, sicut de
tota,& cū sit meri facti æquè cadit in sensū notarij.Bar
to.dicit quod in parua vniuersitate debent exprimi no
mina,non in magna,propter difficultatē.in l.1.ff.de al-
bo scriben.In sindicatu est necessaria authoritas magi
stratus,quia vniuersitas loco minoris habetur,& ideo
actus eius quodā quasi decreto firmādus ē l.2.§ solet.
ff.quādo appel.sit.ver.sed nūquid. G.Et loco magistra
tus habet rector collegij,qui habet etiā modicā coerci
tionē,vt abbas & abatissa,præpositus,&c. C.de iu.om.
iu.l.fi.Sed in vniuersitatib.vt in ciuitatibus, vel castro,
magistratus debet īteresse:vt no.in l.nulli. & l.planè.ff.
quod cuiusque vniuer.nomine.quia caput est vniuersi
tatis.ff.de acqui.rerum do.l.statuta.

a De Oeconomo[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a *Vber de Bo.de isto id solum dixit.qđ infra dicā.Io.de Deo fecit de hac rub.in lib.iudi.4.Alber.Cad.coniunxit hanc rubricā superiori.Aegit.consi.132.G.An continuauit illam superiori.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones contra œconomum.*
2 *Oeconomus non debet esse laicus.*
3 *Oeconomus nolens episcopo vel capitulo reddere rationem, vel fructus ecclesiæ consumens,non est admittendus.*
4 *Vis non est in nominibus facienda.*


VID sit œconomus,iā dictū est sup.tit. de
his,qui alie.no.iter.§.j.ver.œconomus.se
quit̄ ostendere qualiter cōtra œconomū
1 excipit̄,& primo,† ꝙ non est constitutus
authoritate episcopi,vel prælati. 9. q.3.cū
a scimus.& in præ.§.hoc nihilominus[a].l.omnes qui. C.
2 de episc.& cler.ext.de ost.or.cùm uos.† Item ꝙ est lai-
cus:ut 16.q.7.in noua.89.di iudicatum.ex.de rescr.edo
ceri.& sup.§.proxi.ver.item ꝙ est laicus. Sed hoc locū
habet in spiritualibus,secus in ciuilibus.ar. 77.di.in sin
gulis.Itē ꝙ nō est de gremio ipsius ecclesiæ, 89.di.q.1.
& in concor.quæ sunt sup.ti.proxi.ver.debet aūt. Itē ꝙ
est consanguineus epi constituentis. 89. dicentis. 1.q.
b 3.peruenit contra,& 8.quęstio.1.si ergo.ver.audis.[b] Itē
ꝙ nō gubernat fideliter res ecclesiæ.10.quæ. 2.hoc ius
3 porrectum.& §,œconomus. † Itē ꝙ nō vult. episcopo
vel capitulo reddere rationem:vt ibidem & 89.dist.dia
conū.& c.iudicatum.16.q.7.quoniam.23.q.4.quod au
tem 23.q.5.Principes.Item quòd non est cōstitutus cū
episcopi assensu,vbi ad eū pertinet.C.de his, qui ad ec.
cōfu.præsenti.C.de epi.& cle.oēs q.§.in hac. ff.de mu.

ADDITIONES.

a Nihilominus. *Allegat. suprā proxi.tit.ver.itē quod non est 2.*
b Ver.audis. *Solue vt no.in præ.c.decenter.*

& hono. munerum.19.q.3.cùm scimus.extrà de iur.ca.
Imperatorem. Item quòd fructus ecclesiæ cõsumit.ex
tra de offic.or.cùm vos. Quid autem sit œconomus, di
xi suprà, in titu.de his, qui alie.no.in iudi.interue.versi.
a œconomus a. Causæ tamen ecclesiasticæ per syndicos,
b non per œconomos tractantur b. † Licèt nõ sit vis in
nominibus facienda, vt dixi in eo.tit. Formam œcono
matus collige ex prædictis.

ADDITIONES.

a Oeconomus. *Et vnde dicatur, ibi dixi.*
b Tractantur *Dixit Vber.de Bona.se nunquam vidisse œconomũ agere causam ecclesiasticam, nec ponit de ipso, nisi principium; & hoc dictum, & quod decretistæ præpositum dicunt œconomorum, hoc intelligas per c.saluator.& per ibi not.1.q.3.*

De Actore ab vniuersitate, seu à tutore, vel curatore constituto a Rubrica.

ADDITIO.

a *Vber.de Bon.diuisit has rubricas.de prima fecit vnam; de 2. & 3.alterã, & summè, & iuuit authorẽ Vber. de Bona vbi sup. & Alber.Gal.parum, Aegid.parum.132.Gui. An ante rubricam de syndico. Est etiam sciendum, ꝙ actor dicitur multis modis. Pro agente.de quo sapis sup.de actore. Pro adiutore.ff.de tute.l. solet procurator.Inst.de curato.§.vlt.ff.de tuo.& cura.ad ab his in l.oẽm Item pro proc.C.de procu. neq; tutores. Aliquando pro castaldione.ff.de legi.l.lega.& in Lomb.li.1.actor regis res regias, &c.in rub.& nigro. Curatores, nec solutionem recipit, nec aliquid tangit, quòd possit occultari; vt not. Spe.sup. alij dicunt, quòd debet facere inuentarium de instrumentis. ff.de admi. tut. l.chirographis.de bonis auth.iud.possi.l.fi.B.de bon.vacan.lib.1. l.fi.Sed ex hac ratione sequitur, quod & de testib. sed id ridiculũ est. Sed quid si est constitutus ad agendum, & exigendum? Dico quòd idem.quo ad caput agendi, quia duo videntur esse mandata, item quoad caput exigendi, quia antequam exigat, non imminet sibi necessitas ponendi in inuentario quod nõ exigit, nec postquam eius est finitum officium. Bal.de syndico aũt ad denunciandum, vide sup.de accusatore.§.nunquid procedit, cũ seq. & vide sup.de his, qui aleno no.in.inter.§.dicitur.de cõfes.§.syn.an autẽ syndicus in syndicatu condemnatus appellet, inf.de ap.§.põtas.*

SVMMARIVM.

Actor vniuersitatis non debet sine decreto. præsidis constitui.

1 *Vniuersitas vel collegium dissolutum non possunt actorem constituere.*
2 *Domandatã habens administrationem, procuratoris fungitur officio.*
3 *Constitutus ab vniuersitate syndicus, actor, & procurator, an his tribus possit experiri?*
Procurator vniuersitatis, vel syndicus non cauet de iudicato soluendo.
4 *Tutor seu curator possunt actorem constituere.*
5 *Forma constituẽdi actorẽ, vel procuratorẽ à tutore, vel curatore.*
6 *Differẽtia inter syndicum & actorem, & inter actorem vniuersitatis, & actorem tutoris.*
7 *Exceptiones, quæ sint fiendæ contra procuratorem à tutore, vel curatore constitutum.*
8 *Syndicus & actor iurare debent de calumnia, & omnia facere vt verus dominus.*
9 *Indefinita locutio æquipollet vniuersali.*
10 *Inuentarium dicitur alio nomine repertorium, quia res reperta in eo describuntur.*
11 *Vir an possit dari tutor ad litem vxoris?*
12 *Instrumentum actoriæ facta à tutore, quomodo conficiatur.*



CONTRA actorẽ vniuersitatis excipitur,
ꝙ est sine decreto p̃sidis constitutus: vt s̃.
de syndi.ver.itẽ ꝙ est cõstitutus.& no. C.
de proc.neque. Itẽ ꝙ nõ fideliter protegit
res ecclesiæ, vel dñi sui.54.dist.frequẽs.&c.ex antiquis.
ext.de procu.c.fi. Item ꝙ est ad futuras ꝯtrouersias con
stitutus, non ad præsentes, uel certas. ff. quod cuiusque
uni.no.item eorũ.§.sed si ita.ff.ad Treb.ita, licèt aliud
sit in procuratore.ff.de procu.l.4. Vel dic, ut in præd.§.
sed si ita. Item remouetur, si nolit defendere uniuersi-
tem reconuentam, ut in præ.l.item.§.actor. item quod
nõ uult de rato cauere: ut s̃.de syndicis. uer. item quod
est dubium. Item communiter utr:q; opponitur, ꝙ est
a collegio illicito constitutus. Præsumitur tamẽ licitũ,
nisi illicitum probetur: ff.de col.1.& ff.de col.illi.l.3.§.
a in summa a, Item ꝙ postquam creatus est, prohibitus
1 est agere, ut in præ.l.itẽ.§.quod si actor. † Item qđ uni-
uersitas seu collegium est dissolutum.ff.de leg.3.pater
filium.§.Tusculanus.ext.de uerb.sig.abbate.in fi. 25.q.
ult.§.fi.prope fi.ibi: sic religiosè viuentes, &c. nisi vbi ad
vnionem redierit: quia tunc stat natura vniuersitatis.ff.
quod cuiusq; vni.sicut municipij, §.fi.sicut & si omnes
de uniuersitate, qui interfuerunt ordinationi, sint mu-
tati. Nam eadem vniuersitas censetur, non altera.ff. de
iudicijs.proponebattur.7.q.1.denique.cum suis cõcor-
2 dan. † Item ꝙ excedit fines mandan: vt in prę.l. Item eo
rum.§ 1. Cum enim demandatam habeat administra-
tionem, procuratoris fungitur officio: & ideo non po-
test vltra id quod mãdatum est, ex.de of.delegati, cum
olim.de hoc no.s̃.de procu.§.1.ver.item ꝙ excedit. Prę
latus vero habet legitimã & quasi ordinariam.ut no.5.
q.3.quia episcopus. Item quilibet repellitur, nisi à dua-
bus partibus fuerit cõstitutus, ut su.de syndi.in prin. Itẽ
non possunt hi constituere procurat. nisi sit lis cõtesta-
ta cum eis.ff.de proc.nec ciuitatis.J.ner. item actor. Itẽ
non ualet, si sint excommunicati uel infames, uel etiã
à talibus constituti, ut no.s̃.in tit.de proc.in prin.& uer.
item, ꝙ est ĩfamis. Qualiter aũt constituatur actor ab u-
niuersitate, no.ff.quod cuiusque uniuer.no.l.1.§.quib.
Item quæ uniuersitas cõstituat actorem, not.ff de neg.
3 gest.cum alicui.ff.ad Treb.ita th̃.in princ. † Sed pone. ꝙ
aliquis cõstitutus est ab uniuersitate actor, syndicus, &
procurator: nunquid põt his tribus officijs experiri? Vr̃
ꝙ sit cogendus eligere.ff.de tribu.quod in hęredem.§.
b eligere b. quia ista officia sunt uaria & diuersa: ut patet s̃.
c de his qui alie.not.in in iud.interue. c Sed nõ credo hoc
necessarium, maximè secundum canon. secundũ quos
non est uis in nominibus: ut ibidem dixi. & probatur
ext.de proc.petiuo & 1.q.3.saluator. prętereа usus quo
d tidianus d tales admittit: ut ff.de legi.si de cõ.suetudine
ext.de consue.cum dilecti.4.di.c.in istis.§.leges. Itẽ pro
cu.uniuersitatis seu syndicus non cauet de iudicato sol
e uendo e: quia sustinet uidem uniuersitatis, uel collegij,
& iurat in aĩam propriam: & dẽt esse bonę famæ. q̃ oĩa
4 dic ut no.ex̃.de p̃c.mãdato.& de syndico.c.unico. † Por
ro actor constituit ẽt a tutore seu curatore. ut C. de acto-
re, a tut.seu cu.da.l. unica.C.de p̃c.neq; Cum.n.ipsi nõ
possint in causis pupilli, vel adulti procuratores con-
stituere,

ADDITIONES.

a In summa. *Ista iura probant contrarium. & istud tenet Vber. de Bo.eo.tit.*
b §.eligere *Vbert.de Bobi.qui hoc.tenet, inducit. ff. de solu. si duo rei.item ratione iuramenti, quod procurator non pręstat, sed syndicus sic, fatetur tamen ipse Vber.quod sequitur de iur. cal.*
c Interue. *Et no. Accur ff.quod cuiusq; uni.l.1.in gl. differunt.*
d Quotidianus. *Etiam Romanæ curiæ, ut infra de libel.con. §.iã nunc videndum. ver.contra syndicum.& idem Vber.de Bonacu. rub.de syndico & actore, in fi.*
e Soluendo. *Ioannes de Deo in q̃stionibus suis li.3.q.5.tenuit. 9 syndicus fuerat contumax, & postea veniẽs absolutus caueat de stando, iuri, si iudici uideretur, posset etiam ab eo exigere iudex cautionẽ iudicatũ solui pro bono & æquo. Allegat C.de satisda. l. unica, in fi. Sed in procuratore loquitur.ff.de iu.l.nõ quicquid.20. q.5.iudicantẽ.de confes.statuimus, li.6.hoc non puto, grauaret.n. in hoc, & appellare posset sicut & reus, si hoc exigeretur ab ipso. Instit.de satisdat.§.sed hodie. Facit de appel.ex parte.2.*

ſtituere ante litis cõt. vt ſupra, de pc. §. ratione quoque
ver. item ꝙ fuit. licet ipſi minores cum eorũ auctorita
te hoc facere poſſint: ut in p̃. l. neque & eo. tit. de proc,
ff. de admi. tut. decreto. Cõſtituent actores hoc modo.
a FORMA. a Ego † A. tutor P. cuius negocia impe-
5 dior agere q̃a abeſſe debeo, vel q̃a infirmus ſum, facio
& cõſtituo B. actorẽ & defenſorẽ ad gerendũ & ad mini
ſtrandũ negocia dicti P. pupilli in iudicio, & ext. quæcũ
que, & ſpãliter, in cã tali quã dictus pupillus hẽt cũ tali,
vt meo periculò adminiſtret, recipiat & exerceat actio
nes: & quicquid per eũ factũ fuerit, firmũ & ratum per
b petuo eſſe promitto[b]. Ad quæ oĩa talis iudex ſuũ inter
poſuit decretũ, ſuãq; interpoſuit auctoritatem, vt in p̃.
concor. Tutor autẽ aget contra actorem actiue man-
dati, & actor, cõtra tut. cõtraria mandati. ff. de admi. tu.
ita aũt. §. geſſiſſe. ar. ff. de neg. geſt. nã & ſeruus. §. fi. Cõ
ſtituitur ẽt actor a prælato eccleſię, 2. q. 7. ſi quis erga. &
ab eo, qui non eſt dominus, & ad præſentes lites tantũ
Inſti. de cur. §. fi. ff. quod cuiuſq; vni item eorum, quod
c dic vt no. in præ. c. ſi quis erga.[c] † Quæ differentia ſit in
6 ter ſyndicũ & actorẽ, no. ff. quod cuiuſq; vni. no. itẽ eo-
rn. §. ſi decuriones. & ſup. de his, q̃ alie. no. in iu. interu.
ver. actor. Itẽ quæ ſit differentia inter actorẽ vniuerſita
d tis, & actorẽ tutoris, not. ff. rẽ ra. ha. actor. Conſtituitur[d]
autẽ à tutore vel curat. in duobus caſibus, ſcilicet, quan
do pupillus eſt abſens, vel fari non poteſt, & tutor vale-
tudine impeditus eſt: vel ſi negotia ſint diffuſa: vt not.
ff. de admi. tu. decreto. Inſtit. de cur. §. fin. C. de proc. ne-
7 que. C. de autho. tut. l. 1. † Contra quem poteſt excipi,
quod eſt conſtitutus, & ſine decreto prætoris, & ſine
cauſa legitima conſtituendi: quia non erant diffuſa ne-
gocia pupilli, nec dignitas, vel ægritudo, vel ætas: aut va
letudo tutoris poſtulauit, nec pupillus erat abſens, imo
præſens, & fari poterat. ar. ff. de admi. tut. decreto. Inſt.
de cur. in fi. Nam pupillus, ex quo fari poteſt, debet con
ſtituere procur. auctoritate tutoris. C. de procu. neq; §.
pupillus. Actor ergo conſtituitur ad litem & etiã cura-
tor, ad quã tutor dari non poteſt, qui non datur cauſæ,
vel certæ rei. Inſti. qu. da. tut. poſ. §. certè[e]. licet olim præ
torius tutor daretur. maximè cũ tutor aliquas actiones
volebat contra pupillum intentare. Inſti. de autho. tut.
§. fi. & C. de in lit. dã. tut. per totum, cuius procuratoris
ſeu ſyndici & actoris officium finitur peracto iudicio,
ad quod eſt conſtitutus, vt ibi: & eiſdem modis quibus
& mandatum procuratoris. ut in præ. l. item eorum. in
8 fin. † Item ſyndicus, & actor iurant de calumnia, ſicut
& tutor. C. de iur. calũ. l. 2. §. quod obſeruari. extra eo. in
pertractandis & conteſtantur litem. & interrogantur,
eorum cõfeſſioni ſtatur: & oĩa faciunt, vt uerus dñs, vt
ibi, ex. de cenſi. olim. & de cape. mo. c. 2. idẽ intellige de
œconomo & vice domino. Puberes aũt indiſtinctè te-
netur ad lites aſſumere curatores. Inſti. de cur. §. itẽ in-
uiti. Et idem eſt in pupillo non infanti: & ſi indiſtinctè
detur curator, dari vr̃ ad oẽs lites. ff. de tut. l. 3. §. pupillus
& §. deniq; & §. idem Caſſius. & l. quod dr̃. & no. ff. de
9 tu. & cu. da. ab his. l. curatorẽ, † Indefiita enim locutio
æquipollet vniuerſali: vt 19 diſt. Romanorum. & 50. di.
c. 1. in fi. ext. de priui. q̃a circa. Et curator ad litem vel rẽ
f certã datus nõ faciet vt puto, inuentarium[f]: cum eius
officiũ non conſiſtat in adminiſtratione. ar. C. de in lit.
dã. tu. vel. cu. ad protegendam. & ar. C. de pc. maritus. &
quia ſibi nõ põt ſolui. ff. de ſol. hoc de iure. Quid enim
in eo poneret, & de quo ipſum faceret, & quid ſcribe-
10 ret ſe inueniſſe & recipiſſe? † Inuẽtarium enim dicitur
repertorium, quia res repertę in eo deſcribuntur. ff. de
admi. tut. tutor, qui repertorium. Reſpon. j. Et hac con
ſideratione libellum dudum à nobis editum, & ad re-
periendas materias repertorium nũcupamus, prout in
eius proœmio recitamus. Nomina enim debent eſſe
rebus conſonantia. Inſt. de dona. §. eſt & aliud. 16. q. 1. ſi
cupis. Iurabit tamen, quòd faciet in cauſa vel cauſis,
g quæ ſibi pro minore vtilia uidebunt̃[g]: & alia deſignet,
vt C. de epi. au. l. de creationib. & Auth. ibi poſita, quod
h nunc generale, ꝙ quidam libri habent[h], & dicã infra,
in titu. de decu. Sed q̃d de dato ad oĩa debita exigenda?
Fortè talis faciet inuentarium. Quid de dato ad prædia
ſola adminiſtranda? Idem puto, arg. C. de admi. tu. tuto
i res. 2. Idẽ ſi fuerit datus ventri, uel bonis, ſm Vber.[i] de
11 Bo. ut ff. de uen. in poſ. mit. l. 1. † Sed nunquid vir poteſt
dari curator ad litẽ vxori? De hoc, & quæ cõ curatorem
ad litẽ poſſint excipi: uide inf. tit. de cura. §. ut autẽ, uer.
ſi uero dicant, & ibi curatores & actores, qui ad litem
tutorib. adiunguntur, adiutores vocantur, ut ff. de tut.
K ſolet. Itẽ actor[k] cõſtituitur a tutore, ſeu curatore ad lit.
eo

ADDITIONES.

a FORMA. *Iſta forma, & quæ inf. ponitur, accedit illi parti, ꝙ tutor quando eſt caſus dandi actorẽ, non habet illum petere per iudicem conſtitui, ſed ipſe tutor conſtituit, & iudex auctorizat. vtranq; ponit Azo in Sum. de procu. in fi. 1. col. ver. conſtituet. Pro primo dicto fac. t Inſt. de cur. in fi. & quod not. C. de actore a tuto. & cur. l. vna, & videtur placere Tanc. rub. de ſyndico, in fi.*

b Promitto. *Forma quæ ponitur inf. eo. §. in fi. addit. de promiſſione & iuramento actoris.*

c Si quis erga. *Et 16. q. 7. quoniam.*

d Conſtituitur. *Incipiunt quaſi ad literam verba Vber. de Bona. rub. qualiter obijcitur contra actorem a tutore datum, vſque ad verſ. ſed quid de dato.*

e §. certę. *Hac ratione dixerunt quidã, & placet Accur. C. de procur. l. neque, ꝙ licet actor vniuerſitatis dari poſſit ad unam litẽ, ff. quod cuiuſq. vni. item eorũ. actor tutoris non, vt ſic ſit eius conditionis, cuius is, in cuius locum ſubrogatur, ff. de do. qui id quod. in prin. vt leg. no. ca. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. item l. decreto. de admi. tut. in prin. & §. vlt. Inſt. de curatore, pluraliter loquuntur de negocijs pupilli, ut tutor ualetudine, uel neceſſitate impeditus det actorẽ. Ad illa ergo non ad unum ſolũ negocium, uel vnam litem dari debebit. Ad vnum ergo dabitur curator, ff. de tute. qui habet, §. ſi pupillus, & præ. §. ult. Inſt. de cur. in prin. Odof. placet ſuper l. unicã, C. de actor. a tu. vel cur. da. ꝙ tutor actorẽ dare põt ad oẽs lites, & ad omnia negocia. Item ad unũ negocium, & ad unã litem, & hoc tenuit ipſe Ac. ſ. q̃d ad unã litẽ dari poſſit, in l. ſi actor, C. de app. facit præ. l. neq. quæ in ſingulari loquitur de re pupilli. Hoc autem maximè procedit ſecundum ipſum Odof. quã do lis in abſentia, vel in alio loco debet eſſe. Allegat ff. de proc. l. ſeq. & ha. §. defendere, de iu. fiſ. longius, §. 1. & ſi cer. pe. cum filius. facit de of. or. Roma. in fi. li. 6. Adde per Bar. in l. actor, ff. rẽ ra. ha.*

f Inuentarium. *Item Acc. C. de epiſ. aud. de creationib. & idem ibi Iacob. de Are. & Pe. & M. de Fano ibi allegat ad hanc partem ſingularia a generalib. diſtingui, C. de ſen. paſſ. ſi debitor, & ibi conc. Gui. de Suz. dixit hoc ſolum per l. ad protegendam, quę ſtatim allegatur & ibi hoc no. idem vterq. Vber. ubi tractant de curatore, primus, & de actore tutoris, ſecundus. Et per hoc puto falſum attributam Vber. de Bo ſuper l. tutores, 2. C. de admi. tuto. opinionem contrariam, ad quam, ut dicunt illa ſcripta, ipſe allegat, ff. rem pupil. ſal. fore, & ſi ad ſpeciem, ubi tenetur ſatisdare tutor datus ad ſpeciem, & ibi de hoc de iure do. ſiue generalis, C. eo. tit. mulier, & de bo. proſcr. l. ſi quis, Dicit Autem, ꝙ in inuentario ponet inſtrumentum, quod ſi minor caret, ponet actionem, quæ in inuentarijs ponitur. quæ actio eſt in bonis, ff. de uer. ſig. l. bonorum. Prima placet, nec uideo, ꝙ ratio inuentarij faciendi. quã habuit lex, urgeat in hoc caſu, & ad l. fratrem, dupliciter reſpondetur. Primò, quod ibi nil de inuentario dicitur. Secundo, ut ibi no. quod erat ſpecies adminiſtrationis, puta panis uel uini, dicit ẽt ibi Vbe. ſm illa ſcripta, inuentariũ faciendũ per tutorẽ, etiam ſi uiliſſima ſint, quæ habet pupillus, per leges prædictas. Adde quod curator, qui non habet adminiſtrationem, non tenetur facere inuentariũ, ut tenet Bal. conſ. 11. lib. 1. ubi ita dicit ſeruari.*

g Videbuntur. *Dici præ. de Vber. de Bon. ꝙ ſic ſeruatur in Lõbar.*

h Habent. *In Vber. de Bona. ſequitur, uer. & hi curatores, & habes totum titulum.*

i Vber. *De Bo. Char. 10. ubi de curatore bonis dato.*

k Item actor. *3. ver. Io. de Deo, lib. 4. iudicũ, ubi de actore pupilli.*

eorum periculo:vt Inst. de cu. §. fi. & C. de procur. neq; De hoc in summa Azo. titu. de procur. §. constituunt. & tales vltra latrocinium peccant, si male procurāt res
a pupilli. 87. di. in religiosum. a Item ꝯstituunt, tñ post litē ꝯt. non ante fine decreto iudicis, vt C. de proc. neq; qđ dic vt s. in tit. de procu. §, rōne quoq; ver. item, ꝙ fuit, & s. vers. item non possunt. In summa nota, ꝙ actori vniuersitatis obiici possunt, quæ s. tit proxi. diximus syndico posse opponi, secundum Albe. Gal. Instrumentum ergo huius actoræ factæ à tutore sic conficitur.
12 FORMA. † Talis mater & tutrix II. pupilli filii quondā T. ga pp debilitatē sexus & personæ: vel quia ni mis est à foro iudiciali remota: vel quia pp graue ægritudinem, & languorem, & alia imminentia impedimēta personaliter intendere & superesse non valet causis quas ipsa nomine dicti pupilli habet, vel habere intendit specialiter, cum tali, & generaliter ꝯ quamcunq; ꝑsonam, tam in agendo q̄ in defedendo: idcirco P. præsentem ibidem, rerum tñ suarum periculo constituit, fecit, & ordinauit actorem, P. promisit ipsi tutrici, tam nomine suo, quam dicti pupilli stipulanti, & corporali ter iurauit ad sancta Dei Euangelia, omnia & singula in dictis causis ipsi pupillo vtilia facere, & inutilia prætermittere, & qcquid ad manus eis ipsius causæ, vel causarum occasione peruenerit, ei ad integrum assignare, eo saluo, ꝙ semp vti valeat veritate: cui actui legitimo idē iudex suam auctoritatem iterposuit, & decretum. Hoc probatur C. de actore à tutore seu curatore da. l. vnica.
b Formam b uerò instrumenti curæ ad lites habes infra, in tit. de cura. §. cùm autem. uers. instrumentum verò.

ADDITIONES.

a Religiosum. *Et Deo tenentur omnes administratores reddere rationem 24. q. 5. principes. in fi.*
b Ad literam. *Formam hanc ponit Roff. in parte 7.*

a De Orphanotropho.a Rubrica.

ADDITIO.

a *Ad istam, & duas sequentes sufficiat suum nigrum cum additione.*

SVMMARIVM.

1 *Orphanotrophis quæ sint opponenda.*
2 *Turpis persona, vel suspectę uitę, non fit orphanotrophus.*

RPHANOTROPHIS pauca pñt opponi. a Quid autem sit orphanotrophus, dixi supra de his, qui alieno nomine in iudicio in
1 teruenient. † Potest ergo opponi, quod non fecerunt inuentarium solenniter: & ꝙ sunt minores 25. anno. C. de episc. & cler. orphanotrophos, C. de leg.
b tut. l. pe. c. b † Item, quòd est turpis persona, vel suspe-
2 ctæ vitæ, ff. sol. mat. si cum dotem, §. eo autem tempore, vel illud speciale est in dote. Item quòd eis interdicta est administratio. 3. q. 2. quia ea. ext. de accus. c. fin. & dixi ꝫ. de tutore, §. fi. in fi. in fi. & arg. ff. de eui. vendicantem, C. vnde vi. meminerint. Et hoc idem intellige in prælato ecclesiæ, & administratore vniuersitatis. De istis no. inf. de instrumentorum edi. §. edictio, versicu. sunt etiam.

ADDITIONES.

a Opponi. *Verbum Vber. de Bo.*
b l. penult. *Ad hoc, & ad id quod sequitur, facit clemen. de relig. do. quia contingit. §. vt autem.*

De Vicedomino. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Vicedominus quis dicatur.*

1 CIAS, † quòd Vicedominus propriè est, secundum iura, qui præest rebus episcopalibus, vt 89. dil. volumus, & c. seq. 1. q. 2. saluator, circa med. ver. in nomine, suprà de his, qui alie. no. in iu. interue. prope princip. cuius formam collige ex præmissis.

De Vicecomite. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Vicecomes quis dicatur.*
2 *Instrumentum constitutionis vicecomitis quale debeat esse.*
3 *Forma constituendi castaldionatum, & uicecomitem, est eadē.*

LTIMO loco not. qualiter constituatur
1 vicecomes. Et scias, † quòd vicecomes dicitur ille, cui dominus temporalis committit executionē iurisdictionis suæ in aliquib. castris, & sic uulgariter talem vocāt Lombardi & aliq in patrimonio B. Petri, & talis non debet esse clericus.
2 vt extra ne cleri. vel monach. c. clericis, & constitui tur
a sic. † Instrumentum constitutionis vicecomitis a.
FORMA. Dñs talis elegit, fecit, & constituit P. suū vicecomitem integrè in oīb. pertinentijs talis terræ, vel castri, sibi super ipsa terra, & omnib. in ea habitantib. & habitaturis suæ ptãis, & iurisdōnis plenitudinē delegans, & committens, vt ex nunc, q̄diu ipsi dño placuerit, tam super qōnib. & causis quibuscunq; audiendis, cognoscendis, & terminandis. q̄ super collectis, seruitiis, & omnib. & singulis ipsi dño debitis, petendis, exigendis, & recipiendis, nec non & super imponendis & faciendis exercitib. & caualcatis ad honorem, & seruitium ipsius dñi, & super manu tenendis & conseruandis iurib. & consuetudinib. eius gerat, & habeat in omnib. & per omnia vicem suam. Super criminalib verò causis & maleficiis indagandis, & recognoscendis ꝑsit plenè procedere: sententia tamen pœnæ sanguinis, & punitione personarum ipsi, & eius iudicio reseruata: qui dominus solenni stipulatione promisit dicto vicecomiti se firmum & ratum habiturum, quicquid circa prędicta duxerit faciendum. Cęterum in signū recognitionis pleni dñii, idem dominus ipsum P. de supradicto officio cum chirotheca, uel baculo inuestiuit.
3 † Formam autē castaldionatus colligas ex præmissis.

ADDITIO.

a Vicecomitis. *Ad literam fuit Rolan. vltima, in 7. parte.*

a De Tutore.a Rubrica.

ADDITIO.

a *Ad materiam istius rubricæ, & rub. seq. nō sufficiunt volumina, nam de ea occupati sunt duo libri Digest. s. 26. & 27. in C. de eo. ti. de te. tu. usq; ad fi. 5 libri, quæ sūt rubr. 47. in 1. li. Inst. sūt rub. 14. s. de tutela usq; in fi. libri. in l. Auth. rub. 2. col. 6. & 4. col. 7. Do ctores autē ꝓsequūtur s. Azo. in Sū. q dare tut. vel. cu. possint. Bar to. chbar. 2. ver. diximus cōpēdiosē. Tunc. solū de ipsorū satisfattone iu rub. de satisdō. proc. & c. in fi. Rof. vbi de of. iud. q bonis alicuius cura. datur. cū 4. seq. trac. mām. huius rub. & seq. & inter ciuiles de actione tutela directa, & in rub. seq. de cōtraria de qb. inf. de iud. §. generalia ubi tractabo quæstiones Pilei. De his duobus ēt Io. de Blan. et oēs libellary Vber. de Bo. inf. §. ex ꝑsona ſępius. uer. si ueniat ad agēdū, ut tut. mihi char. 1 o. Dicit, ꝙ sapiens aduocatus agoate tutore faciat principalē causā carere prin. & sup eo. §. ver si ista generalia, dicit se nō cōsulturū alicui illū ipad uocatū recipi, q permisit in pria. intra decēniū incboa. In de Deo sine his uerbis prosequitur Vber. Caul. lib. 2. rubri. de tutore, qui vult agere. Vber. de Bona. posuit rubricam qualiter repellantur tutores, & curatores in genere. Quæstionem autem dominicalē 77. de tutore, & eius pupillo, qui in præsentando discordant ple- 1*

ne

nè vide de electio.ex eo quod li.6.super gl.ff.de iure immuni. Nostris temporibus fuit dubitatum, an tutela Regis Legion. finiretur finito anno 14.ita quòd nec habere deberet curatorem. Quòd illa ætate finiatur tutela, patet Instit.qui mo.tu.fi.in prin.& inde infra,§ 1.ver.item,quòd is cur. Quòd administrare deberet,allegabatur ius,& factum, ac conditio personæ de iure allegabatur, quòd maior 14.causas beneficiales, & matrimoniales etiam in iudicio administrat ut maior,de iud.c.vlt.lib.6.de rest.spo.ex parte. Si ergo administratio beneficij,& coniugis sibi conceditur, concedi etiam debet administratio regni,ex quo finita est tutoris administratio. Arguebatur etiam de sexu ad ætatem,nam fœmina ex sexu est inhabilis ad iudicandum, ff. de reg. iur.l.fœmina, & tamen si ex successione sibi debeatur dignitas secularis, illam administrat.12.quę.2.cum deuotissimam,de arbi.dilecti,& vide quod ibi no.in 1. gl. & quod super ea dixi, & facit de priuile. ex parte 3.Item inducitur lex,cum prætor,ff.de iud. qua solùm impuberibus ætatis respectu prohibet iudicare. Inducitur et lex,quidam consulebant,ff.de re iud. & quod no.de off. deleg. cum vigesimum. Inducebatur etiam, quòd pubes non cogitur curatorem habere;quia non datur inuito,nisi in lit. Inst.de cur. §. item inuiti. In facto dicebatur,quòd dissẽsio tutorum erat damnificatio regni. Cum etiam Euangelista testetur, quòd omne regnũ diuisum in se desolabitur,& domus diuisa non stabit. Matt. 12. Quæ dissensio dicebatur in facto,aliter se dari non posse, quam per administrationem adulti habentis penes se sapientes,quorum consilio regat regnum,per quod & propter multitudinem astantium,& officiorum ab antiquo ordinatorum in domo,& familia regia sperabatur regimen prosperari. De tertia dicebatur,quod multũ ætatis supplebat discretio,sicut aliàs dicitur de desp. impu.c. fin.77. dist.monachus nouitius,& C.de proxi. sacro.scri.l in sacris. Et dicebatur ei conuenire illud Lucæ 2. Puer crescebat,& confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat cum illo, & quod Salomon adhuc puer electus fuit a Deo, Paral.23.& illud Prou.20. Ex studijs suis intelligitur puer,ext.de præsumptio,ex studijs. In contrarium inducebatur textus legis primæ in prin.ff.mino. Itẽ, quod licèt sit discretus adultus, tamen ueniam ætatis non impetrat ante 20.annum,C.de his qui ve.æta. impe. l. 2. Item tales propria negotia administrare nesciunt; multò minus publica,ubi maius imminet periculum,de elect.vbi periculum, libro 6.cum concor. Item stabilem mentem non habens, sapientium hominũ non debet iura tractare,C.de testa. mili l.fi. Inducebatur indecorum esse,quod alios rogant,qui seipsos nesciunt gubernare, de æta.& qualita. indecorum, & quod ibi scripsi post Arist. & post Socr. Instit.de excu.tu.§.minores,& verbum Salom.30. Prou. notatum,ext.de præsump.ex studijs Et Esa.3. Dabo pueros principes eorum,& Eccles.10. Væ terra,cuius Rex puer est,& cuius Principes mane comedunt. Et Regis est proprium, iustitiam facere,23.q.5.regum, & speciale periculum allegabatur in ipso regno,in quo criminalibus non appellatur, quia non recognoscit superiorem,vt no.68.di.Adri. & de ipso,de donat. inter vir.& vxor.& si necesse. Ad hanc partem facit de sup.ne.prala.graudi. Et hæc pars fertur electa.

Addè, quod verba proposita addita sunt de verbo ad verbũ, Old.eius consi.52 incipiente,quæstio talis.



FREQVENTER se tutores asserunt, qui esse non possunt, & idcirco q̃ contra eos obijci possunt, videamus. Prænotandum autem est,quòd tutores,& curatores. Alij
a sunt testamentarij,[a] Alij legitimi, Alij datiui, Alij anomali: de quibus per ordinem prosequamur. Vltimò de eorum generalibus impugnationibus tractaturi.

ADDITIO.

a Testamentàrii. *Hostien.ibi infra,§.pen.in fi.remittam, addebat quasi testamentarios.*

De testamentario Tutore.

SVMMARIVM.

Obiicienda contra dicentem se testamentariũ tutorem.

1 *Datus tutor in testamento,facto inuentario, an poterit debitorem conuenire pupillarem nomine pupilli.*

2 *Tutor, vel curator datus a patre, uel matre filio naturali, si non sit confirmatus, non valet.*

3 *Datio tutoris a matre in testamento coram quatuor testibus an teneat.*

4 *Instrumentum testamentariæ tutelæ quomodo concipitur.*

1. §. Si tutor dicit se testamentarium.s.in testo datũ obijce,quod is,qui testamentũ condidit.talis est qui non pôt tutorẽ dare,vel is,qui datus est, nõ potuit dari.qđ dic vt ff.de testatur.l.1.Itẽ,quod testamẽtũ,in quo datus est,imperfectum est,vel per epistolã datus est C. de ↄfir.tu.l.2.ff.eod.l.2. Itẽ; quod ex illo testõ non est adita hđitas,ff.de testa.tu.si nemo.& l. sequen. & l.in testa-
1 mento.† Sed an [a] datus in testõ,facto inuentario pote-
a rit ↄuenire debitorẽ pupillarem nomine pupilli? Vr quod
b non. Nam hic vr esse pplexitas. [b] Non.n.pôt esse tutor nisi sit adita, hđitas,vt iam dixi,nec ẽt adiri pôt licèt sit lucrosa sine tutoris auctoritate. Inst.de auth.tu.§. neq; tñ. Sed dic,quod iussu iudicis adibit hđitatẽ: vt C.de iu. de lib.si infann.in fi.vel dabit curator ad adeundam. C.de
c admi.tu.eũ quẽdã.fm Alb.Pap.[c] Item excipitur, quod est talis qui aliàs non pôt ex testõ capere. ff. eodem, testõ tutores. Item,quod nõ iure datus est,ff.eod.testõ.1.Itẽ.quod illud testamentum est inofficiosum, vel falsum. ff. eod. iure nostro,& l. sequen. Itẽ quod est irritũ, & vide causas. ff.de inu.rup.& irri.te.Inst.qui.mo.te infir. per totum. & dicam infra de edi.instru.§.cõpendiosè.Itẽ,quod est minus solenne.nec est a iudice confirmatus,C.de confir. tu.l.2.ff.eo.qui à patre.& l.si filio.& de admi. tut. tutores.§.curatores,testõ. Et si exhibetur confirmatio, vi-
2 de si est legit.mè facta,qđ dic vt ff.& C,eo.p totũ. † Itẽ quod datus est à patre vel matre tutor,vel curator natura-
d li,[d] nec est ↄfirmatus,vnde non valet.ff eod. de ↄfir.tu. l.1.& l.qui a patre.& l.naturali.& l.vtilitatem. C. eod.l. fi.de episc.aud.de creationibus.Insti.de cur.§.1.& in p. § curatores.C.de neg.gest. curatorẽ. Itẽ obijce testõ quicquid obijci ↄ illũ posset,si ex eo hđitas peteretur: puta testatorẽ nõ fuisse sanæ mẽtis,vel aliàs fuisse intestabilem, & similia.ex.de suc.ab inte.c.fi.ff qui testa.fa.pos. p totũ Inst.q nõ est pmiss.fa.te. Itẽ excipit, quod tutor datus in testõ est furiosus. Inst.qui da.tut. pos.§. furiosus. Itẽ, quod est incertus, vel incerte datus, vel ad certã tem, vel tantam datus,qđ fieri non pôt.ff.de test.tu.tutor ita Inst.qui da.tu.pos.§.certè.Itẽ.quod causa quare datus est, mixta est, quia ex amico factus est inimicus, vel ex diuite pauper.ff.de test.pater iam.in fine,& de confirma. tu.l.

ADDITIONES.

a Sed an. *Iste vers.fuit Accur.in l.1.C.de testa.tu.in 1.gl.quæ fuit additio.*

b Perplexitas. *Dominus meus legib.negabat perplexitatẽ, dicẽs hunc casum,quod sufficit de facto fieri,autorizabit ergo tutor pupillo adeunti,licet non possit de iure, per l.mulier, §.1.ff.de condi institu. Cuius casum vide plura similia in quæstione super regula non præstat,de re.iur.li.6.ver.adhuc.*

c Alb. Pap. *Et ille faciet inuentarium, in quo solum ponet spem hæreditatis adeundæ,& ita seruatur. Aliqui reprobant, quod de curatore dicit l.cum in una.ff.de appella. & dicunt dandum aliũ tutorem,per l.hæreditas,in principio, ff. de te.tutor. & not. in l. si nemo.ibi præce. Dici tamen posset,quod hęc perplexitas cessat, in suo hæred. Ad quod bene facit ff. de lega. primo si post mortem in principio.& Insti.de hærede.quæ ab intest.§.si autem. De his per Cyn.in l.secunda,C.de testa.tu. Adde quod opi.Ioan. Andreæ.quæ fuit Dyn. in d.l. si nemo. sequitur etiam Bartol. ibi, qui ponit etiam, quid sui tas non posset operari, quia testator substituisset vulgariter.*

d Filio naturali. *Hic est quod facit hunc casum diuersum ab illo. Item quod datus,quod sequitur; Adde vt per Bar.in l.naturali.§.1. allegata per Spe.& ibi etiam de matre.*

tu.l.pe. Item. ꝙ datus est à matre tut. vel. cur. nec est à
iudice cõfirmatus, vnde nõ tenet. ff. de confir. tut. l. 1. &
3 de test. tu. l. mater. † Quid si detur tutor à matre [a] in te-
a stamento corã, 4. testibus? Videtur, ꝙ tenet datio, quia po-
b test testari inter liberos quocunque modo vult. [b] Sed
hoc verũ est in hereditate. quæ si decedat, ex toto per-
ueniet ad eos, secũdum Iac. Quid si auia instituens ne-
potem dat sibi tutorem. Videtur, ꝙ non valet: quia lex
semper dicit de matre, quæ eum instituit: vt C. de te. tu.
c mater. [c] secundũ Homobo. Instrumentum autem te-
stamentariæ tutelæ sic concipitur:
d FORMA Tutelę testamentariæ. [d] Cum nuper. T.
in suo testamento manu talis notarii scripto, P. tutorẽ
H. & M. eius filiis reliquisset, idem P. in præsentia talis
iudicis constitutus eandem tutelam petiit sibi auctori-
tate ipsius decerni. Eodem igitur iudice tutelam ipsã
ei decernente, promisit idem P. mihi tali notario supra
scripto stipulanti & recipienti vice & nomine dictorũ
pupillorum, & corporaliter iurauit ad sancta Dei Euã-
gelia omnia & singula vtilia ipsis pupillis facere, & in-
utilia prætermittere, ipsorumq; res, & personas ad cõ-
modũ & vtilitatem eorũ bona fide custodire, & salua-
re, inuentariũ de rebus eorũ facere, & administrationis
suæ rõnẽ tpe debito reddere, cũ integra residuorũ re-
signatione, eo saluo, ꝙ semp vti valeat veritate. Cęterũ
dictus iudex huic actui legitimo suã auctoritatẽ inter-
4 posuit & decretũ. † Hoc tñ no. ꝙ si testator liberauit &
absoluit tutorẽ à reddẽda rõne, tũc nõ facias eum iura
re & pmittere de reddẽda rõne: sed post illa verba, in-
uẽtariũ de rebus eorũ facere, & c. adiūge, rõnem vero ad-
ministrationis reddere, cũ ab ea fuerit absolutus à testa
5 tore, nõ aliter q̃ de iure debuerit, teneat † Itẽ testamẽ-
tarius tu. nõ tenet pstare fideiussorẽ: vt j. §. 3. ver. horũ.

ADDITIONES.

a A matre. *Accur. ubi sup. dicit a patre.*
b Modo vult. *C. de te. hac consultissima, §. ex imperfecto, & vide quod ibi no.*
c Mater. *Subdit Accur. ubi supra quod dixi in matre, idẽ in auia.*
d FORMA tutelæ testamentariæ. *Rolandini fuit usque ad fi. huius §. parte 7. post prin.*
e Horum. *An possit esse testamentarius debitor, uel creditor, uide infra, §. fi. ultra medium.*

De legitimo Tutore,

SUMMARIUM.

1 *Dicenti se tutorem legitimum incumbit onus probandi, se legitimè constitutum.*
2 *Ubi testamentarius tutor extat, non est locus legitimo.*
3 *Instrumentum legitimæ tutelæ qua forma concipiatur.*
4 *Tutela legitima quando sit locus.*

2. §. Si verò dicit legitimum, s. proximiorem, non habita differẽtia inter agnatos & cognatos.
1 vt in Auth. de hæ. ab inte. ve. §. ex his. col. 9. † probet hoc
& ꝙ etiam sit legitimè cõstitutus. Tu verò proba, si po
tes, ꝙ alius sit proximior, &, ꝙ nõ est legitimè constitu
tus. & vide C. de le. tu. Auth. licet, & ff. eo. l. pe. & per to
2 tum. † Item excipe contra eum, ꝙ testamẽtarius tutor
extat: vnde nõ est locus legitimo. ff. de testa. tut. si quis,
sub cõditione, ff. de tu. & ratio. dist. si tutor, §. 1. Item, ꝙ
nõ satisded idoneè rem pupilli saluam fore, nisi sit
pater vel patronus, ff. de legitimis tu, l. 2, in qui. cau. in f
teg. te. nõ est ne. si tutor. C, de tut. qui non sat. l. 1. & not.
Inst. de satis. tu, §. 2. Item, ꝙ nõ recepit tutelam intra an
a num. [a] C. de le. hær. l. sciant. ff. ad Tert. l, 2. §. si mater nõ
petierit. Instrumẽtũ autẽ tutelæ legitimæ sic ꝯcipitur
3 † FORMA Tutelæ legitimę: [b] Talis iudex talem
b dominam matrem H. pupilli filii quõdam T, in ipsius
præsentia cõstitutam eundem H. tutelam petẽtem &
affectantem, cùm eadem tutela sibi secundum iuris or
dinem deferatur, & ipsa sit in ea pręceteris pręferẽda,
eidem pupillo tutricem constituit, & decreuit: quæ tu
trix promisit mihi notario infra scripto vice, & nomi-
ne dicti pupilli stipulanti, &c. vt s. in alio instrumento,
vsq; ibi: vti valeat veritate, postea iunge, renuncians Vel
leia. sen. con. & secundis nuptiis, & omni alio auxilio,
de ipsis iuribus, & beneficiis plenè certificata. quæ sint
& quid dicant. Insuper P. dictæ tutricis precib. & man-
dato pro ea extitit fideiussor, & demum huic actui legi
timo idem iudex suam auctoritatem interposuit, & de
cretum. Et hæc forma probatur in his, quæ no. j. in §.
nunc dicendum. Sed pone, paterfa. decedit vnico filio
impubere, puta annicuio, & alio pubere, puta 23. ann.
agente: reliquit ẽt fratrem legitimæ ætatis. Ecce frr im-
puberis est inhabilis, quia ætatis insufficientis, nũc quæ
ritur an sit locus datiuo, item esto, ꝙ frater defuncti vo
cetur, vt legitimus, vel alius vt datiuus: quæritur an isto
pubes adueniente legitima ætate excludat alium illegi
timum, vel datiuum. Et vr, ꝙ patruus tanq̃ legitimus p̃
ceder datiuum, & ei præferetur, C. qui da. tut. vel cura.
c poss. l. si soror. [c] Item patruus ipso iure est tut. l. 12. tab. vt
ff. de le. tu. legitimos, ergo datiuo locus esse nõ potest:
quia habenti tutorem, tutor dari non põt: vt C. qui pe-
tant tu. cum ius habenti. Item cùm frater impuberis q
nunc inhabilis est, speretur esse habilis adueniente, æta
te, ff. de legi. tu. l. 1. locus est datiuo, nec vocabitur agna-
tus, qui est in gradu sequenti, vt ff. de excus. tut. non so-
lum § si libertus, & C. de epi. aud. de creationib. Itẽ vr,
ꝙ frater impubens legitima ætate adueniẽte, excludit
patruũ q est gradus inferioris. ar. ff. de suc. edi. l. fi. Exclu
det ẽt datiuũ. si à iudice datus sit: vt ff. de tu. & ra. di. si
tutor. §. si duob. & arg. Inst. de Atti. tut. §. sed si te. tõ, &
§. itẽ si iure. & § ab hostib. F ꝯ vr. ꝙ nõ excludet patruũ
cũ ambo sint legitimi, & sic ambo debẽt esse tutores,
vt ff. de le. tu. 3. §. si duo. & l. si plures, quasi pares sint, Et
par in parem nõ hẽt imperium: vt ff. ad Treb. l. ille à quo
§. tempestiuum, cùm semel legitimè datus fuerit, arg.
ff. de tu. cum ex illum. C. de testamẽt. tut. si tutores testamẽ
d to. O. dof. [d] dicit locũ esse datiuo tutori, patruo excluso.
ff. de leg. tut. l. 1. §. si apud. & præ. §. si libertus, & l. de crea
tionibus Item dicit, ꝙ legitima ętate adueniẽte fratris
e impuberis tpe erit tutor, & excludet datiuum. [e] vt in p̃,
concl. licèt in proxima quæstione, aliàs nõ. per. l. 1. ff. eo.
4 agnato. † Et scias quando tutelæ legitimę locus sit, dic
cum persona agnati impeditur habere tutelam legiti-
mam, aut impeditur ab initio, cùm tutela est deferen-
da: aut ex post facto, ea iam delata. Si ab initio, & impe-
dimẽtum est perpetuũ, vt q est fœmina, vel ppetuo
furiosus, mutus, uel surdus: tũc nõ est locus datiuo, sed
legitimo sequẽtis gradus: vt ff. de le. tu. l. 1. §. inte ' ũ ali-
bi. & § itẽ libertis, & §. fi. & l. agnato. in fi. Si aũt est tpa-
le impedimẽtũ: q2 minor, vel captus ab hostib. tunc nõ
est locus legitimo sequẽtis gradus. sed tñ datiuo, ut ff.
eo. l. 1. §. si locus, & in præ §. si libertus. Cęterũ si impe-
ditur ex post facto: ut quia remouetur uel excusat, lo-
cus est datiuo, & ñ legitimo sequẽtis grad⁹, ut ff. e. l. 1. §.
quæri

ADDITIONES.

a Intra annum. *Uber. de Bo, dicit fortè subdẽs hoc non esse clarũ, allegat easdem leges. Jo. etiam de Deo non posuit hoc, quem imitatus est auctor.*
Adde quod Bal cons. 156. & 34: lib. 1. tenet sufficere, si petat intra annum, & cons. 32 lib. 4. Ang. cons. 18, & cons 166. Pau. de Cast. cons. 265. & 372.
b FORMA Tutelæ legitimæ. *Rolandini, vbi sup.*
c Si soror. *Quomodo Host, exponit textum illius l. scrips super de cre. ex parte 2. de appe. super 1, gl. ver. si tamen iudex,*
d Odof. *Cuius ad literam fuit tota ista quæstio, usque ad §. ultimam lineam, in addi. super sum. tit. de legi. tut,*
e Datiuum. *Testamentarium no. & concordat infra §. nunc dicendum, ver. sed pone aliqua.*

quæri poreſt.'Si vero moritur, vel capite minuitur, lo-
cus eſt legitimo ſequentis gradus, & nõ datiuo.ff. eod.
l.3.§.non tantum,et l,quod defuncto. Quæ autem tute
la excludat alteram,dicam J.§.nunc dicendum.

De datiuo Tutore.

SVMMARIVM.

Tutore, ſeu curatore ſe dicente datiuum
quæ contra opponantur.

1 *Filio ingreſſi monaſterium,an debeat dari tutor?*
2 *Tutores datiui multimodè dantur.*
3 *Tutor datiuus per Græcam conſtitutionem debet ſatiſdare.*
4 *Tutor datus inutiliter, & confirmatus, an dicatur datiuus vel teſtamentarius?*
5 *Inſtrumentum datiuæ tutelæ quomodo,& qua forma deficiatur*
6 *Tutela alia datur à lege,alia à teſtatore.*
7 *Tutelarum ſpecies ſunt duæ,& qua forma fiant.*
8 *Tutoris datio pacto debeat a iudice confirmari, vt ualeat, & qua forma fieri debeat.*
Tutor poſtquam ſe datum nouerit intra quinquaginta dies,qua forma ſe poterit excuſare.
9 *Cauſæ iuſtæ dandi Regibus curatores quæ ſint.*

a 3.§ Si autem [a] tutor vel curator ſe dicit datiuum,
ſ.datum à iudice,excipe,ꝙ alius eſt teſtamẽ-
tarius,vel legitimus,qui præcedit eum.ff.de tu et ratio.
di.ſi tutor.§.1.quia habenti tutorẽ tutor dari non põt,
vt J.dicam.Item ꝙ eſt datus ab eo,qui dare non potuit
puta à delegato præſidis,vel à prætor. vel præſide furio
ſo.ff.de tut.& cur.da.ab his.l.ius dandi.& l.nec. mandã
te.de hoc J.iit.proxi.Item,ꝙ erat talis pupillus, qui nõ
erat datus.ff.eo.l.1.l.pupillo.& C. vbi pupillus edu.l. fi.
1 q dari tu.vel cur.poſſ.neq;1† Sed quærit̃,an filio ingreſ-
ſi monaſteriũ debet dari tutor?Et vr̃,ꝙ ſic;quia ingreſ-
ſus tranſit in alterius ptãtẽ.18.q.2.abbatẽ. Vnde aliũ in
ſua ptãte habere nõ põt.ff.de adulr.ſi eueniet. ff. de ac-
quæ.poſſ.cũ hr̃des,& de acq.re.do.libe. homo.l mo ſe-
ruus efficĩt,vt 54.diſt.mulios.Sed dic,ꝙ nõ trãſit quo-
hoc,in abbatis ptãtẽ,vt filius eius liberet̃ à patria ptãte.
Certi.n.ſunt modi,qb.qs liberet̃,de quib.nõ eſt is.Inſt.
q.mo.ius pa.po.ſol. §.fi.Ergo ſi filius ingreſſi in patris
maneat ptãte,nõ debet ei dari tutor: debit̃ tñ curator
bonis,C.de bo,q̃ libr.l.fi.§.ſi aũt à parte.de cap & poſtli.
reuer.l.3.ff.ex quib.cauſ.ma.l.ab.hoſtib.in prin. vide J.
2 de ſta.mona.ver.12.† Horũ aũt datiuorũ qdam dant̃ ſi
ne inquiſitione,alij ex inquiſitione, alii extraordinariè ſi-
ue anomale.Hi,q dant̃ ſine inquiſitione, ſeu cauſæ co-
gnitione, vt qa nõ quærit̃,an ſint locupletes, vel nõ, &
hmõi.ff.de ꝯfir.tu.l. 1.Inſt.de Attil.tit.§.ſed hoc iure.ſa
tiſdabũt rẽ pupilli ſaluã fore,ſicut & legitimi, vt p̃dixi,
& ꝓbatur C.de tu.& cur.q nõ ſatiſd.l.1.& 2. C. in qbus
cau.in inte.reſt.nõ eſt ne.ri tut.C.de poſtli.reue. cũ co-
gnatos,C.de tut.& cura.fur.l. fi.§. ſed cũ antiquitas. C.
de epi.au.l.2.Sed dati ſeu ꝯfirmati ex inquiſitione non
ſatiſd. Inſt.de ſatiſd.tu.& cu.§.2.C.de tu.& cur. q nõ ſa-
tiſd.nõ oĩum,ut patet in eo,q à patre datus eſt tutor in
teſtõ emancipato filio, q ſine inquiſitione ꝯfirmãdus
eſt,& ſine ſatiſdatione,vt Inſti.de tute.in fi.niſi in cura
tore furioſi,q licèt datus ſit ex inquiſitione, tñ ſatiſdat,
ſi nõ habet idoneã ſubſtantiã,C.de cu. fur.l. ſed ſi qui-
3 dem.& §.ſi verò non.tali.† Hodie verò p ꝯſti.Græcam
que recitat̃ Inſti. de Atti.tut.§. nos autẽ omnis datiuus
b ſatiſdat.Hoc tamen [b] fallit ſecundũ quoſdam in matre
filio tutorem dãte,qui non ſatiſdat,licèt ex inquiſitio-
c ne detur.[c] ff.de confir.tu.l.1.veruntamen ſi tutor vel cu
rator ſit locuples,remittitur ſatiſdatio,C.de epi. audiẽ.
de creationibus,ff.de teſta.tut.teſtamento,circa finem
ff.de legi.tut.legitimæ.circa prin. Sed & teſtamẽtarius
tutor nõ ſatiſdat, cuius fides à teſtatore approbata eſt.
Inſt.de ſatiſd.tu.& cur.§.1.ff.de teſta.tut.teſtõ datos,re-
ſpon.1.ẽt nec rectè datus,ſi tñ ſit confirmatus, vt ff.de
confir.tut.l.1.dum tñ confirmatio ſit legitimè facta,a-
4 liàs non,ff.eo.l.nãli, & dixi ſ. † Sed an datus inutiliter,
d & confirmatus ſit teſtamentarius,vel datiuus, Dic [d] ꝙ
datiuus,arg.ff.de verb.ſig.l.lege, & in Auth. de defen.
ciu.§.iterim,C.de ve.iu.enu.l.1.§.ſed neq;. De hoc no.
C.de confir.tu.l.2.& vide J,prox. verſi.item obijcias ei.
e Item excipitur [e] ꝯ tutorem, vel curatorem, ꝙ non ſatiſ-
dedit rẽ pupilli ſaluam fore,vt C.iu qui.cau.in int.reſt.
non eſt neceſ.ſi tutor.niſi ſit teſtamentarius, vel ex in-
quiſitione datus,quod dic,vt iam dixi in verſi. horum.
Item ꝙ dubitatur,an ſit tutor, vel curator, an geſtus ſit
ei commiſſus,vnde non audietur, niſi caueat de ratio,
f ff.de admin. tut. vulgo, [f] vel ſi dubitetur pro qua parte
geſtus ſit ei ꝯmiſſus,vbi erant plures tutores, vel cura-
tores,ff.de ſol.quære,& l.quod ſi fortè,§.1. ff. de admi.
5 tu.l.ſin.§.defenſionem.† In datiua autem tutela inſtru
mentum ſic conficietur.

FOR-

ADDITIONES.

a Si autem. *Hodie dixit Azo in Summa,niſi dicas, vt B.dicere ſolebat,hoc emendabat,&c.*
b Hoc tamen. *Proximè dictum.*
c Detur. *Id eſt,licet neceſſaria.*
d Datiuus. *Dic ſecundum Azo de confir.tu. verſic. ego puto. Do. meus in legib. tenebat eum teſtamentarium, non obſtante l.lege,obuenire,ff.de uerb.ſig.quæ dicit,ꝙ confirmans dat. Dicit.n. id uerum in eo, qui non habet neceſſe confirmare, ſed hic iudex neceſſitatur ad hoc,ergo non dat,niſi abuſiuè, cùm in neceſſitate non ſit liberalitas,ff.de adi.leg.l.ad rem. Et eadem ratione nõ elegit,ff.de lega.2.unum ex familia,§.ſi de ſal. & de adop. ſi arrogator,prædictam neceſſitatem probat per l.ſi impuberi, ff.de curat.furio. & talem præferendum legitimo probat per ordinem Rubricarum C.ubi prius de teſt.ſecundo,de confir. tu.ſ.dato in teſtamento inutili,tertiò de legib.tut. Et de his uide per Cyn. C.de confir.tu.neq;,qui uolens opiniones pacificare, tenet eum datiuũ cum Azo,& ſequacibus, ſed ſapere naturam teſtamentarij, ita quod præfertur legitimo,ibi uide,ubi narrat Iacob.de Are. concordare domino meo. Item ſcias, quod dominus meus ſatis breuiter in titulo de confirm.tu.ſic diſtinguebat, ſi detur tutor inutiliter, aut a patre naturali tantum,aut a matre,aut ab extraneo. Primo caſu non ualet,ſed debet omnino confirmari ſine inquiſitione & ſatiſd.eod ti. lib.2. & ff.eo.qui a patre, & l.ſi filio,ſecundum unum intellectum. Hoc regulare fallit, quando ſuperuenit noua ſuſpicionis cauſa,uel nouiter innoteſcit antiqua, ff.eo.ti.in confirmando,& l.ſeq.& l.utilitatem.Secundo caſu,ſi nihil illi reliquit non tenet,nec confirmatur. Si reliquit, confirmatur ſine inquiſitione,cum ſatiſdatione tamen,eo.tit.l.fi.ff.eo.naturali, & C.quãdo mul.tu.of.fun.po.l.fi.in prin. in matre diſtingue, aut inſtituit filium,aut non.Primo caſu iudex debet eum confirmare. Secundo poteſt, & utroque caſu cum inquiſitione, quod eſt notabile, ut dicit Azo in Sum.huius ti.quod confirmatio non ſit ſine inquiſitione,cum alias iudex cum illa,& ſine illa det, & confirmet tutores.Hæc patent,ff.de teſta.tu.l.4.ff.eo.l.1.2.& 3. Quarto caſu ſi non inſtituit,non debet,nec poteſt confirmari,ſi inſtituit,& uil ultra habeat pupillus, non malè facit iudex illum decernendo tutorem,ff.eo.l.ſi patronus.Dicit autem Azo in fi. Sum.quod fortè non remittitur ſatiſdõ in hoc caſu,ff.eod.l.tutores. Adde.ꝙ tutor confirmatus ſit teſtamẽtarius,tenet Bar.poſt Mar. Sylli.in l.1.ff. de ſtat.& illum ſequitur Petr.de Anch. & in cle.2. de ſtatu mo.*
e Item excipitur. *Secundum Vbertum.*
f Vulgo *Vt ibi no.Io.dixit,qđ nõ eſt ibi cautio,qđ pupillus factus pubes ratum habebit,ſed eſt cautio, qđ aduerſarius non patietur damnũ dato,quod ille non ſit tutor,ibi uide. Eſt ſciendũ,qđ Dyn. 20.ſuo conſi.tenuit,quod præſtita cautione de rato, uel æquipollẽti,ſi contingat pronunciari contra tutorem, & ipſe noĩe pupilli, & ut tutor appellet,nõ aſſerens ſua intereſſe,quia ſatiſdedit,ſi in cã appellationis iterũ negetur tutor, vel eſſe talis de iure,oporte bit eum de nouo cauere,quia licet in proſecutione totius cãæ, ad quod*

exten-

extenditur cautionis effectus.ff.de dam.infe.inter quos,§.alieno nomine,in fi.C.de proc.ita demum,plus cauere non tenetur,quia tamen illis cautionis effectus ad contrarium appellationis non extenditur,ff.iudica.folu.cum apud.Inst.de satisd. §.si verò, & causa vel exceptio est talis, quæ quoad pupillum, ex quo ille tutor non erat,redditur iudicium nullum, licèt sit dilatoria,opponi tamen posset in qualibet parte principalis causæ,& per appellationem causa reducitur ad statum,quo erat ante sententiam, sicut tunc ita,& nunc cauere tenetur. Allega.ad præ.ff. de pœnis, lege prima,in fine,ff.de admini.tu.si minoris, C. de temp.appel. per hanc.

a F O R M A Tutelæ datiuæ.[a] Talis iudex cognito,q
H.pupillo filio quondam P.nemo fuerit tutor testamẽ
tarius relictus, & quòd ẽt hi,qui legitimi fuerãt admit
tendi, sunt excusati, & rationabiliter absoluti, citatis
agnatis & cognatis eiusdem H. quia oĩum eorum te-
stimonio & approbatione inuenit T. ad ipsius pupilli
tutelam gerendam magis idoneum, idcirco ipsum T.
eidem pupillo tutorem constituit & decreuit. Qua pro-
pter idem tutor promisit mihi notario J.scripto,&c.vt
s.in primo instrumẽto,vsq; ibi: vbi semper valeat veri-
tate. Iunge insuper M.dicti tutoris precibus,& mãdato
promisit mihi notario nomine dicti pupilli stipulanti,
se facturum,& curaturũ,q dictus tutor prędicta oĩa &
singula attẽdet & obseruabit:& quod ipse dictum pu-
pillũ in demum seruabit de oĩbus & singulis suprascri
ptis. Post hæc dictus iudex oĩbus prædictis & singulis
6 suam auctoritatẽ interposuit & decretum.† Patet igi-
tur ex præmissis,quod tutela alia datur à testatore:vt C.
de testa.tu.per totum.alia à lege,iudice suum interpo-
nente decretum: vt ff.de leg.tu.legitimos, & per totũ
C.de cur.fur.Auth.quod nunc.alia ab ipso iudice.C.de
tu.qui nõ sa.l.1.§.2.Inst.de Att.tu.§.pe.ff. de tu. & cur.
da.ab his.l.1.2.& 3.& per totum. Veruntamen istę duę
species hodie de consuetudine in quibusdam regioni
bus sunt & fiunt ad petitionem matris pupillorum &
aliorum,hoc modo:
7 F O R M A Petitionis maternę.† Accedens domi-
na A.ad præsentiã talis iudicis,instanter petit B.& C.fi-
lius suis habitis ex D.quondã viro suo dari P.in tutorẽ,
ptestando se velle nubere,& tutelã deserere,q iudex ĩ-
quisitione præmissa,dicto P.promittente & iurãte mi
hi notario publico nomine pupillorum stipulanti vti-
lia agere,& inutilia ptermittere, & pupillaria bona sal-
uare,atq; defensionẽ legitimã facere: eũdẽ P.tutorẽ cõ
stituit,dicẽs tutor esto,p quo H.fideiussor extitit, se &
bona sua mihi notario noĩe pupillorũ obligãs,p tutore.
C.de admi.tu.l. fi.§. oẽm.ff rẽ pup. sal.fore, p totũ. Et
no.q cũ nõ fiat de ꝯsuetudine plena inquisitio semper
nisi datus à iudice satisdet, non erit legitimus admini-
strator,vt C.in qbus causis in integ. re. nõ est ne. si tu-
8 tor.† Verũ qa tutoris datio qñq; nõ adeo perfecta est,
q valeat, nisi ꝯfirmetur à iudice:vtpote qñ pater natu-
ralis filius reliquit tutorẽ; vt C.de confir.tu.l.fin.vel qñ
mater filius suis tutores in testamẽto constiuit,eos hæ-
redes instituendo,vt ff.de testa.tu.l.mater. & C.de con
fir.tu.l.1.& ff.eo.l 1.taliter fiet tunc confirmatio.
F O R M A.Cum A. Titio filio suo naturali in testa
mento suo P. constituisset tutorem, dicto P.iurante,&
pmittẽte mihi notario publico, &c.vt in pced. forma:
vsq;,legitimã facere.& iunge,corã tali iudice dictus iu-
dex eũdẽ confirmauit in tutela & administratione, in
terponendo iudiciale decretum. Quod dixi de iuramẽ
to,probatur C.de cur.fur.l fin.& Authen. quod nunc.
Eodem quoque modo,fit,quando mater filio institu-
to reliquit tutorẽ,hoc addito,quia debet iudex inquire
re,an tutor sit idoneus,vt C.de cõfir.tu.l.tutores, & ta-
cit.ff.eo.tutores,& l.naturali.qualiter in hac materia li
b belli concipiantur,vide J de iudiciis §.gñaliter.versi.se
quitur,& sequ.[b] Tutor autem intra,quinquaginta dies
postquam se datum nouerit, priusquam aliquid admi-
nistret,se potest taliter excusare:
FORMA.Ego H. propono coram vobis d.iudice ta
lem causam excusationis, quæ mihi competit à tutela
T.quam mihi P. eius pater in suo teste reliquit:dico.n.
c me,cùm sim in Italia,quatuor filios habere.[c] pp.quod
9 postulo me ab ipsius tutelę onere absolui. Insti.de ex-
cu.tu.in prin.& §.qui excusare.† Quæ sint iustę cãę dã
di curatores Regib.vel Ducib.vide eX.de s.ne.præ.grã
di.li.6. Formam autem instrumenti redditę admini-
strationis habes inf.de edi.inst.§.edicto.ver.porro.

ADDITIONES.

a Datiuæ. *Fuit Rolan.in medium duarum præmissarum, & vide quæ dicentur infra tit.proxi.§.vlt.super cura generali ad causas, & negotia.*

b Et seq. *Qualiter verò agat tutor,vel curator,vel agatur contra eos pro pupillis,vel minoribus,vide de libel.concep.§.iam nunc, ver.porrò.*

c Habere. *Si Romæ,tres,in prouincijs quinque,vt ibi.*

De anomalis tutoribus.

SVMMARIVM.

Tutela anomala quare dicatur.

1 *Mater,vel auia an possit à marito dari tutrix in testamento filio nepoti.*

Mater data tutrix,& confirmata in testamento fily, non tenet confirmatio.

2 *Petitio tutoris a matre filio,auia existente, est contra ordinem iuris, ideo inualida.*

3 *Matrimonium initiatur per sponsalia,& tutelam filiorum non potest habere illa,quæ nondum matrimonium contraxit.*

4 *Mulier tutelam habens,an matrimonio contracto eã admittat.*

5 *Mulier non potest generaliter esse tutrix.*

6 *Mulier minor 25.annis,habens filium,cui datus est tutor,quia ipsa non potest esse,an si ad ætatem legitimam peruenerit,possit habere fily tutelam?*

7 *Mater suscipiens tutelam filiorum,deinde ad secunda vota trãsiens,eam amisit,an mortuo viro secundo recuperare poterit.*

8 *Testamentaria tutela excludit legitimam,& datiuam, si autẽ testamentarius desit,quid iuris?*

9 *Matre desinente esse tutrix,ad quos deueniat tutela.*

10 *Mater petere habet dari tutores filio impuberi, & illi administrare,*

a 4.§.Nunc[a] dicendum est de tutela anomala,
seu eX ordinaria. scilicet matris,&
Dr aũt anomala,quia nõ est testamentaria, neq; legiti
ma,neque datiua. Testamẽtaria nõ est, qa lex phibet
fœminam dari tutricẽ in testõ, vt ff.de test.tu.iure nr̃o
& si est data, nõ habet ius ꝯstituẽdi actorẽ, nec ipsa vr̃
posse administrare. Si.n.dare posset,cogeretur inuita:at
ipsa nõ cogitur,vt iã dicam. Item legitima nõ est,cum
lex dicat eam postponi oĩb. testamẽtarijs & legitimis,
vt C.qñ mu.tu. off.fun.l.2. & sic patet eam legitimam
non esse. Item ipsa est cognata,nõ agnata, cum sit per
fęmininum sextum ꝯiuncta: vt ff. vnde cognati. l.1. ergo
non est legitima, vt C.de leg.tut.l.1. Item si esset legiti-
ma,cogeretur inuita, vt ff.de leg.tu.l. legitimo. Sed nõ
cogitur,vt dicã arg.tñ ꝯ.C.de Tert.oẽni,& c.in quibus
cau.pig.ta. contra.l.penul. Sed ibi exponitur legitima,
id est, a lege approbata, sed in veritate nõ est legitima.
Item

ADITIONES.

a Nunc. *Hoc principium vsque ad fi.ver.huius, fuit Odofre.super Summa de testa.tu.*

Adde,quòd Bar.post Cyn,tenet matrem legitimam,non anomalam in d.Auth.matri, & auia,qui alle.tex.in l.pe.C.in quib. causis pignus ta.contrahitur,

Item datiua non est, cum tutelę manus sit necessariũ
vt C. de admi. tut. l. fi. in prin. at ipsę non coguntur in vi
tæ suscipere, sed eis permittitũ subire, si velint: vt C. qñ
mulier tut. off. fun. Auth. matri & auiæ. Item, quia præ
feruntur oĩbus, legitimis, vt ibi. & ɔ̃rium verum est q̃a
legitima præcedit datiuam, vt infra dicã. Huius tutelæ
formã vide §. §. si verò. Igitur exhibetur tutela anoma-
la, vt quia est mater, vel auia, quæ se dicit tutricem: si di
cit se in testõ datam, repellas eam vt in prę. l. iure no-
stro. sed nec ipsæ dari, possunt vt dixi supra §. 1. vers. Itẽ,
1 ꝙ datus, & seq. † Sed nunquid mater vel auia [a] dari põt
a à marito tutrix in testaõ filio, vel nepoti? [b] Vr̃, ꝙ non,
b cùm sit virile officium: vt ff. de tu. l. tutela. & C. qñ mul.
tu. off. fu. l. 1. ff. de reg. iu. fœminæ. Itẽ quia fœminæ tm̃
à principe dantur. ff. de tu. l. fi. Ad idem ẽt facit ff. de ad
c mit tu. Titium. & ff. ad Ter. l. 2. §. si mater, [c] Imò vr̃, ꝙ
ẽt si mater ɔ̃fmata est tutrix in testõ filii, ꝙ non valet
ɔ̃firmatio, vt in prędict. l. iure nostro. in prin. Et hoc te-
d nent Innocent. & Iacob. Azo autẽ dicit [d] matrem vel
auiam dari posse tutricem in testõ filio, vel nepoti: ve-
rum tñ tunc non ex testõ, sed ex confirmatione iudicis
e est tutrix [e] Si enim põt horum tutelam subire, vbi non
est in testõ data, vt in Auth. collat. 9. de hær. ab intc. §.
ex his. multo fortius vbi est in testõ data, ne volũtas su-
perfluat testatoris qđ esset absurdum. arg. ff. de legat. 1.
si qñ in prin. Imò pro lege seruanda est, in Auth. colla.
4. de nup. §. disponat. C. de sacrosanct. eccle. l. 1. Hoc etiã
probatur. ff. de administrat. tu. ita scribit. in prin & ff. de
negot. gest. qui aliena §. quanq̃. & præ. Auth. matri, &
auię, dicit, ꝙ permittitur matri & auię subire tutelam fi
lii, vel nepotis, nec distinguit, an sint datę in testõ, vel
non, & ideo nec nos debemus distinguere, vt ff. de leg.
pręst. ɔ̃ tab. pol. pe. l. 1. gñaliter. ex̃ de transact. c. 2. & a. q.
5. consuluisti. ff. de publica. de pretio. Item si dicat se à
lege constitutam, excipe, quòd illa tutela legitima est,
& legitimè, i. ſm leges à iudice suscipienda. C. ad Ter-
tul. omnem. C. in quib. causis pign. ta. cõtra. l. pen. Qua-
liter autem legitimè suscipiantur, & quæ ad hæc sint
necessaria, not. C. quando mulier tute. off. fun. l. fi. & in
Auth. in posita, maximè in Auth. matri. & in Auth. de
hære. ab intest. §. ex his. colla. 9. Item obiicias ei, quòd
alius, datus est in testamento, qui eam pręcedit, vt
in prædict. Authen. etiam si illud sit minus solenne,
dũ tñ sit confirmatus, tũc enim is eam præcedit, qua si
testamentarius. ff. de confirma. tu. l. 1. & 2. & s̃. eod. §. qđ
satis põt admitti, si prius fuerit confirmatus, quam ma
ter susciperet. C. eo. §. si vt proponis, secundum Vbert.
f de Bo. [f] Item obiice auiæ, quod pater pueri eam præce
2 dit, vt in prædict. Authent. maximè in corpore. † Quid
si mater petit. & facit cõstitui tutorem filio, auia existẽ
te? Dicit Iac. quòd nõ tenet tanquam facta contra or-
dinem iuris. C. quãdo muli. tutel. officio fun. potest Au
the. matri. quod enim inordinatè fit, retractatur. C. de
executio. rei iudi. ordo. ext. de accusa. qualiter. el primo.
extra de rescri. cum dilecta. ff. de appall. l. prima. Item
non sufficit matri filio tutorem petere, nisi & reliqua
præstet. argu. C. ad se. consult. Tert. l. fina. in principio,
secun-

ADDITIONES.

a Vel auia. *Hunc uer. habeo per Odofr. super sum. C. quando mul.*
b Vel nepoti. *Host. in decr. ex parte 2. de app. ius. alleg. pleuẽ tra. & ibi vide super 1. gl. de matrẽ data in testamento tutrice, cum alus coniunctis, an contutores illam repellant? Et tenet, qđ non. Et de hoc in auth. matri, C. quando mul. &c. in gl. quid ergo.*
c Si mater. *Qui multum facit, sed loquitur secundum iura Digestorum infra intelliges.*
a Dicit Odofred. *Vbi supra qui ad superiorem opin. contrariam a ldit Mar.*
b Et tutrix. *Gui. de Suza. contra, vbi datio fuit vtilis ex testamento solenni hac in l. 2, C. quando mu. tut. offi. fun. & vide gl. ad quã supra remisi. vers. nec obstat si. de hoc no. in Auth. matri, & ib Cyn. ponit ai. ctura Dy. in 5. quæst.*
24 *Testis alius enim est iuris, ut aduocatus, & alius testis facti.*
25 *Testis dicens, uidi ipsum dominum esse uel talem, non probat.*
26 *Testis simpliciter dicens se scire talem esse ebriosum uel iracundum, &c. non nocet, si autem sufficienter sua scientia rationẽ adiungat, tunc ualet eius testimonium.*

27 Verbũ, iuste, adiũctũ uerbis possessiuis, dicitur aliqd iuris habere
28 Iuueni in quibus sit potius credendum, quàm seni.
29 Forma inquisitorij, per quod testis in causa inquisitionis examinetur, qua esse debeat.
30 Testis interrogatus de statu ecclesiæ, tã de capite q̃ de membris, iurare debet se ueritatẽ dicturũ super his, quæ fecit, & credit, exceptis occultis criminib. quæ licet non debeat reuelare, occultas tamẽ circunstãtias manifestorũ criminũ tenet manifestare.

7. § Nunc tractandũ qualiter in testiũ examinatione sit procedendum. Et quidẽ
iudex hac vi procedat. Exiget enim à teste iuramentũ,
vt s̃. §. sequitur. & hoc præsente parte, cõtra quã produ-
a cuntur, vel se contumaciter absentante [a], ex. eod. c. 2. C.
b eod. si quando [b] in Auth. eod. §. sancimus. & pę. & 3. q.
9. carthæ. C. de fide instr. iudices. Demùm ipsum super
articulis datis secretè ac sigillatim examinabit diligen-
c ter, exẽplo Danielis, [c] e testes, qui contra Susanã inducti
fuerunt, examinantis. & arg. extr. de ele. qa propter. ext.
eo. venerabili. C. eo. nullũ. ext. de accus. inquisitionis. §.
1. de pęn. & re. omnis. j. versic. sed pone. Si enim simul
dicerent seu examinarent, vnus aliũ instrueret, & vnus
sciret quid alter diceret, & eius dictũ sequeretur, sicq;
non posset de facili veritas deprehendi. In Auth. eod. §.
1 & quia verò multi. † Quidam tñ, ut Io. Theu. & Accur.
dicunt, ꝙ quæcunq; pars uelit interesse interrogationibus, & examinationi, põt. C. eo. si quando. l. sed cũ oporteat.
d in fi. [d] & Aut. sed & si quis. ff. eo. curent. & 2. q. 1. in
primis. uers. quia igitẽ Stephanus. ubi de hoc. & ext. eo. c.
e a. [e] quia pars, quæ nouit causæ circumstantias. melius interrogabit. ff. de adult. si postulauerit. §. quæstio. Sed ibi
non loquitur de uero teste, & prædicta iura intelliguntur, quod potest & debet interesse in præstatione iuramenti, non in examinatione. quæ secretè fit, ut prædixi
f & sic de facto seruatur ubique, & bene [f]. Ideoque sic est
tenendum. ff. de legi. side interpretatione. extr. de consue. cum dilectus. Alioquin testis non liberè contra illum præsentem testificaretũ, nec debitas negotij circunstantias rei, de qua quæritur, exprimeret. Nec obst. ꝙ dicunt interrogationes melius fieri per partes. Nam articuli, & interrogatoria dantur in scriptis, ut s̃. §. prox. uersi. itẽ cautè. & §. tũc uidendũ. & sic iudex plenè per seipsum inquirere põt Licèt autẽ dixerim hoc secretè de-
2 beri fieri, † non tamen ꝑper hoc excludo notarium, qui
eorum dicta scribet, nec iudex hoc officium, in quo tota uis causę est notario cõmittat, sicut in curia faciunt
auditores secũdum ea, quæ not. j. uersi. hoc autẽ. ibi, sed
scribere, &c. sed per seipsum examinet. ff. eo. l. 3. §. item
diuus. & l. mulier. ubi de hoc. C. de iud. Auth. ad hoc. &
in Auth. colla. 5. ut defuncti seu fu. eorũ. §. illud. ubi dicitur, ꝙ non debẽt iudices per consiliarios testes recipe-
g re. arg. tamen contra, ext. de testi. co, c. 1. [g] nisi ut dixi s̃. §.
qualiter aũt. uers. potest etiã iudex Vel dic secundum
h Vinc. [h] ꝙ in ciuili, uel ecclesiastica causa possunt iudices per alios recipere testes. In criminali uerò nõ sed tã
tum per se, nisi solus Papa. in Auth. de fi. instr. ext. de testi. cum olim. vbi committunt in remotis partib. Papa
tamen etiam in criminalibus potest per aliũ testes recipere. arg. 13. q. 4. ille gladiũ. sicut potest per aliũ pronunciare. ext. de testa. Raynutius. & §. illud obtinet. cum testes præsentes sunt, quo casu melius est hoc per iudices
expediri. Vbi autẽ committit, cõsulo, ꝙ quãdo sibi tradet interrogatoria, iniungat ei sub pœna excommunicationis, & sub interminatione diuini iudicij & periculo famæ suæ, quod bene & legaliter super quolibet articulo iuxta ipsa interrogatoria examinet ipsos testes.
Vtrum autem possit committere, vide supra de iudic.
3 deleg. §. iam nũc. ver. sed nũquid. † In examinatione ergo sic procedet:

FORMA. Vocabit enim quemlibet testẽ ad se secretè, & sigillatim, vt dixi, & dicet ei, Amice, falsificus testis tribus personis est obnoxius, scilicet Deo, cuius pręsentiã, cum sit vbiq. contemnit. Item iudici, quem mẽtiendo fallit. Tertio, innocẽti, quẽ falso testimonio lędit. Testis quoq; qui veritatem, quam nouit, occultat, & etiã is, qui mendacium dicit, reus est. Primus, qa prodesse non vult. Secundus, quia nocere desiderat. Hæc leguntur ext. de cri. fal. c. 1. & 11. quæst. 3. quisquis metu. Proinde cum iuraueris dicere veritatem, per illud iuramentum obsecro te, quod animã tuam salues, & quod scis de tali negotio, plene dicas. Inter talem enim & talẽ super hoc quæstio ventilatur, & tu in testem induceris. Intendit enim talis probare, &c. legat sibi plane articulum de verbo ad verbum, & exponat eum sibi diligenter, vt j. ver. fidelis, & ipse responsiones eius super singulis articulis diligenter audiat, & in scriptis per notariũ, vel per duos viros ad hoc deputatos, vt C. de test. nullum, ext. eo. venerabili. ex. de prob. quoniam contra. singula verba quẽadmodũ proferuntur, redigi faciat. 22. q. 5. humanæ, ext. eo. cum cãm, quæ. & inf. versi. cautũ quoq;. & redacta testimonia iterum legat, vt se possit corrigere, & si ipse, vel scriptor errauit. vt ex. de testi. eo. ꝑterea. Quib. autem verbis testis vtatur, dic ut s̃. §. 1. ver. item quod non prohibet. & seq. Et sic super singulis articulis cum interroget de his, quæ sup. §. proxi. sunt
i nota, hac tamen cautela adhibita [i], vt quandoque interroget de primo articulo, quandoq; de vltimo, quãdoq; de medijs, nec hic scripturæ seruet ordinem, licet alias quandoq; sit seruandus, ut 44. d. sit rector. in fi. & ex. de de rescrip. cum dilecta. cum suis concor. Ioannes autẽ sic præpostere dixit quærendum, ut facilius apprehen-
k dat, an fuerit subornatus testis, uel non [k], ut supra, §. 1. uersi. item ꝙ testes idem. Et an dicat vera, vel verisimilia, vel negotio, de quo agitur, apta, vt 4. q. 3. capitulo si cum. §. si testes. Diligenter ergo testem interroget, nõ suadendo ei, nec eum inducendo vt aliquid certum dicat, sed quod in genere veritatem quærat. ff. de quæstionibus, l. 1. §. quæstionem. Nec inducat eum ad dicendum se scirę quod credit, vel ecõtra, vt versicu. fidelis. Cosiderare etiam debet, an testis vacillet in dicto suo, vt sup. §. 1. uersi. item quod testes sunt. Et an cũ trepidatione, vel constantia deponat. ff. de quæstio. de minore.

ADDITIONES.

a Absentante. *An sufficiat hoc casu esse citatum, distingue ut scripsi super regula, præsumitur. de re. iur. libro 6. 3. q.*
b Si quando. *Per quam legem dixit Guid. de Suz. super l. iurisiurandi. eo. ti. quod etiam si procedat iudex ex officio, necesse est uocari partem, contra quam procedit, uide infra de inquisi. §. quando autem. uer. ut autem. usque ad fi. & §. seq.*
c Danielis. *13. c.*
d Oporteat. *in fin. ibi ponit Accu. hoc dictum, sed approbat quod infra sequitur.*
e c. 2. *Vide quod ibi scripsi super 4. gl. adde quod statim dicam.*
f Et bene. *Quod placet Pyleo hoc ti. ru. 2. dicit tñ, qd qñ testes sũt recessuri, uel morituri, tũc par. utraq; ꝑsente deponũt, uel altera tantũ, si reliqua requisita non ueneris, ꝑ §. hoc uero in Aut. eo. ti. Sed hoc est falsum. & ad §. respondetur in ꝑ. gl. decr. 2. eo. ti. q̃ gl. innuit doc. tenere §. illum loqui in casu publicationis, quod audire possit testes deponentes. qua opinio dato quod esset uera, falsũ tñ esset id locum habere in testib. morituris, uel recessuris, quorũ dicta consignantur, ut in decr. quoniam. in prin. ut lis nõ conte. & no. eo. ti. c. 1. §. sunt & alii. ubi uide in gl. 2. Dico etiam, quod in casu publicationis pars, quæ audiuisset testes deponentes, si esset ꝑducẽs, audito 1. impediretur producere secundum, pars aũt, cont. q̃, nõ posset eo casu probare directè contrarium. ut in cle. eo. ti. testib. per q̃ ẽt ĩ casu publicationis nõ seruatur, ꝙ audiãt deponẽtes.*
g c. 1. *ibi soluitur in ult. gl. & idem in uer. statim allegato.*
h Secundum Vinc. *Qui hoc no. in c. cum olim. statim allega.*
i Adhibita. *Secũdũ Pyle. rub. 3. uer. sed bon. et Bonag. rubr. pen.*
K Vel non. *Vt quia doctus esset, & qualiter super primo, & qualiter super 2. & sic de reliquis, respondere debet.*

re.Et si eum viderit pallidū & trepidantem, vel vacillā
tē,tormentis efficiat,& timorem sibi incutiat,C.de te-
sti.nullum,in fi.5.q.5.illi qui.nisi sit presbyter, ut C. de
epi.& cle.l.presbyteri,& Auth. presbyter.quas habes
a 5.q.6. Vnde, sicut ait Marcus Tullius in Topic.[a] Sæpe
4 † pallor vultus,rubor,& titubatio faciunt, ut minus fi-
b dei alicui habeatur,iuxta illud,[b] O q̄ difficilè est crimē
non prodere vultu. Dr̄ ideoq; iudici,Tu magis scire po
tes,q̄ta sit fides testib.adhibenda,ff.eo.l.3.§.1.ext. de fi-
5 deiul.constitutus.in fi.† Hoc āt scias,ꝙ is, qui testes,&
instr̄a de mandato alterius recipit,dēt rescribere,cuius
auctoritatis cuius famæ,cuiusuè cōdōnis sit,& de aliis
circunstantiis,vt.ext.de fideiuſ.constitutus,in fin.ex̄ de
testi.cām,quæ.ext.de prob.licet,uer. q̄q̄. Et dēt in actis
ēt inserere,q̄ta sit fides eis adhibenda, ut dn̄t quidam,
unde ipso teste p̄nte, & audiente dicet, & scribi faciet
per tabellionē,qui depositiones scribit, ꝙ ipsum repu-
tar uacillantem,& hmōi, s̄.§. 1.uer.item ꝙ testes sunt.
Et ipse testis poterit ēt ꝯdicere,quia eius interest, cùm
ex hoc sit puniendus,ex̄ de pęnis,super his.Nec obstat
ex de ord.cog.c.2. Ibi.n.non constabat de malitia testis
per testes,quia iudice absente recepti fuerunt,& iō pu
niti non fuerunt,hic āt ipse iudex uidit malitiam testis
& iō,eum punit. Imo ēt dn̄t quidam, ꝙ teste non intel
ligente hæc scribi p̄ni ꝑpartem āt non oportet esse p̄ntē
nec talia scire.Sed certè non vr̄, ꝙ tabellio hoc debeat
scribere,vel dicere,seu interserere in attestationib. nisi
ipsi testes videant, & recognoscant se vacillare. Dn̄t q-
dam ꝙ si solus iudex in receptione testis dicat eum va-
cillare,ei credendum est,& tabellio ad dictum eius dēt
hoc scribere,licet ipse nullā titubationē,uel vacillatio-
nē videat,ipse.n.nullā hēt auctoritatē in recipiendo te-
stem,sed solūmō in scribēdo,iudex uerò sic, q p̄t testē
capere,& ligare,ut in p̄.c.super his,& eo.ti.dilectus, ex̄
c de prob.qm̄ ꝯ.i fi.[c]de test.nullū.Sicut ergo tabellio dēt
scribere ea,q̄ dixit testis, & nō aliud, sic ēt fideliter dēt
scribere ea,q̄ ad iudicis offm̄ pertinent, s.de quib.inter
rogauit,& si cautus esset tabellio,hoc inter cętera scri-
6 beret.† Et talis iudex,qui dictū testē examinabat, mihi
notario dixit,ꝙ testis uacillabat, & ꝙ hoc scriberē,ma-
ioris tn̄ auctoritatis erit,& plus ualebit, si notarius adij
ciat,ēt mihi vr̄,ꝙ vacillaret.Hæc tn̄ dr̄r sic scribi, dū re-
stis deponit,& non postea, quia postea iudici non cre-
deretur,vt in p̄.decr.qm̄,in prin.& in fi. Hoc ēt scias, ꝙ
iudex & tabellio q̄tuincunq; p̄nt, debent in scriptis ex-
primere modum uacillandi.s.quia dubitando, vel tre-
mendo, vel sudando præ nimio timore loquebat̄, vel
palidus efficiebatur,& hmōi. Patet igit̄,ꝙ ad offm̄ rece
ptoris testiū pertinet discernere q̄ta sit fides testib. ad-
hibenda,& hoc ipsum rescribere iudici,vt s̄.qđ si omi-
serit,nihilominus post factā remissionē attestationum
hoc facere tenetur ad mandatū iudicis siue superioris,
cuius mandato testes recipit, non tn̄ proprio motu, ut
s̄. Et sic fieri fecimus,cū essemus in Tuscia,in cā,q̄ co-
rā nobis agitabatur super quibusdā castris inter archi-
epm̄ Rauennatem, & cōe Forliuij. Et credetur fortè
examinatori quo ad hoc, ēt, si solus sit pp mandatū ei
factū,quia creditur in facto sibi ꝯmisso,ar.ff. de reb.eo-
rū,qui sub tu.vel cur.sunt,l.magis,§.ne tn̄,2.q.5.c.q̄ de
cā,licet sit ar.ꝯ in ea.l.§.itē p̄tor. uer. nimium,& ex̄ de
d prob.qm̄ ꝯ.in princ.[d] † Item ad offm̄ ipsius receptoris
7 pertinet articulos,& interrogatoria, & alia hmōi exa-
minare,& hoc nulli ꝯmittere p̄t,s̄m Papam, sicut nec
testis receptionē, quia in hoc eius industria est electa,
ut ex̄,de off leg.c.fi. Sed scribere attestōnes bn̄ ꝯmittit
alteri,& hoc frequentamus,quia hic potius eligitur o-
pera, q̄ industria,ar.ex.de appel.cum cām. Tabellio s̄m
hoc examinabit testes, & ad mandatū receptoris exe-
quetur ēt in absentia receptoris, & ēt si aliqua adijciat
factum ꝯtingentia,& ēt sibi r̄ndeatur,bn̄ ualebit,ut no
e ta, s̄m Papam, ext. de te tud. cùm Bertoldus.[e] Hoc ta-
men reprobo,vt s̄,ꝓpe principiū §. huius, ibi, licet autē
8 dixerim.† Cautiorem quoq; examinatorē esse oportet,
dictū cuiuslibet testis integre ī scriptis faciat redigi, qđ
quidam nō faciunt, nā scripto dicto primi testis,dicunt
ꝙ secūdus,vel tertius idem dixit ꝑ omnia, sicut primus
qđ quidē curia reprobat.ar.C.de uete.iu.enuc.l.1.§.fi.Et
dn̄s Clemēs Papa quartus tale testimoniū nō admitte-
bat. Posset.n.replicari,si testes dn̄t idē, ergo n̄ ualēt.vn̄r.
n.subornati,quia unū eundēq; sermonē proferunt, ut
sup.§.1.uer.itē ꝙ testes.idē licet scribens se ad mentē re
tulerit,non ad verba.Hoc prosequere plenius s̄m dn̄m
meū,ut no.ex.eod.cum cām,quæ.1.& de uerb.si. nihil
f obstat[f].† Sed pone,produxi in cā tres testes, qui simul
9 iurauerunt,simul deposuerūt,simul interrogati fuerūt
q̄rit̄ an valeat,qđ agit̄?Et vr̄ ꝙ sic,quia nō inuenit̄ ꝓhibi
tū,ff.eo.l.j.ergo vr̄ ꝯcessum,ext.de transla. inter corpo-
ralia,C.de religio.& sump.fu.statuas,ff.ex qb.cau.maio.
nec nō.§.1.ar.ꝯ,quia vnū,eundēq; præmeditatū sermo-
nē dixisse videntur,ut sup. Debēt. n.testes examinari se-
crete,vt s̄.in prin.huius §.& hoc uerius est,ut ibi ꝓb. Itē
diligētius iudex ī arduis & grauib.examinet, q̄ in leuib.
& uilibus,quia circa maiora maius periculum uertit̄, vt
42.dist.quiescamus,ff.de Carbo.edict.l.1.§.3.Et ideo in
g cis tautius est agendum 8.7.q.2.61.d.miramur[g], in Aut.
de mādа.prin.in §.sit ibi colla.3.ext.de procura. quere-
la,& diligentius examinet leues,quam graues personas
vt supra, versi.considerare, & argu. 46. dist.sunt non-
nonulli,in fin.Sit etiam cautus,vt si viderit articulos es-
se probatos,testium refrænet multitudinem, caute ta-
10 men,quod dic vt s̄.§.restat.ver.p. † Examinator quoq;
fideliter se habeat in inquirenda veritate, ne damnet a-
nimam suā,ut quidā faciūt, quia a testibus partis, quā
obtinere uolunt,nō quærunt de causa sciæ, ab aliis vero
quærunt non solum de cā scientię,verumetiam de cau
sa causæ,ut testes capiant in sermone,quod fieri nō de-
11 bet.nisi ubi sunt suspecti.† Tabellio autem sic se habe-
bit,nam scriptis titulis,seu articulis,hoc modo.

FORMA. Anno,& mense,& die tali, talis articulos
exhibuit infrascriptos,sup quib. petiit testes suos inter-
rogari:Articuli vero sunt hi:Intendit probare,&c. dein-
de recepto etiam sacramento testium, & die,qua iura-
tum est,scribat eorum depositiones hoc modo:

FORMA. Anno,mense,& die talibus, P.testis iura-
tus super primo articulo sibi lecto,& exposito,qđ inci-
h pit Intendit probare talis contra Titium,&c.[h] dixit ue-
ra esse,quæ in ipso articulo continentur. Interrogatus
quomodo sciret,respondit quod interfuit electioni de
illo factæ in acclesia Biterensi, & etiā ꝯsecrationi eius,
& quia uidit eum agere,& contrahere vt epm̄ in rebus
episcopalibus,& ab oībus pro epō haberi. Itē super ta-
li

ADDITIONES.

a Tullius in Topicis. *Hoc inducit Azo in summa huius tit.uers. autem omnes.*
b Illud. *Ouidij Metamor.2.lib.*
c In fi. *Et hoc ibi scripsi post Inno.& Host.in gl.no.quod ex.quo ultra medium.uer.ille etiam qui testes,usque ad finem.*
d In prin. *Solutionem collige ex no.de ap.cum parati. & hic quæ ibi dixi super 3.gl.& uide quod dixi de prob.post.gl.& vide infr. de re iudi.§.utile.uer.nunquid.*
e Bertoldus. *Ibi plenius dixi super glo.sed qualiter.*
f Nihil obstat. *Ibi plene scripsi super 1. glo.sequens uer. ad literam fuit Alb.Gal.eo.tit. ver. pone quæstione. & per errorem ibi duplicatum est. Adde,quod do.Ant.& Abb.in d. c.nihil obstat tenent op.Clementis,& do.Ant.in c.2.de regul. Bal. no.in l. fin. § refutatoriis. C.de ap.non damnat,sed dicit,quod notarii melius facerent extense scribere.& idem facit Host.in d.c.nihil. ut ibi refert Abbas. De teste uero qui dicit, dico ut ille dixit,uide eundem.Bal.in testium,C.de testibus.*
g Agendum. *Et elect.ubi periculum.li.6.*
h Titiū, &c. *Respicit articulū positū ī § nūc uidendum,uer. in t.*

li articulo, qui sic incipit, & ea, sibi lecto & exposito, di
xit, &c. Et sic. super oibus articulis interrogetur, ut prę
dictū est, & queraꝺ de cā ꝭm formam interrogatoriā,
sup §. prox. positorū. Rn̄siones qualescunq; fuerint, re
digant in scriptis sub prædicta forma. Quo facto alij te
stes eodē ordine sup eis eisdē articulis eodē modo exa
12 minent, & eorū dicta in scriptis similiter redigātur. †
Et aduerte diligēter, quia vbi à teste de cā scientię, uel
de circūstantiis aliqb. principalē articulū ex officio, uel
iuxta partis, ꝯ quā testis producitur, interrogatoria q̄ri
tur, his uerbis tabellio dēt uti, requisitus uel interroga
tus, qūo sciret, uel de hoc qūo scit, rn̄dit sic. arg. extra
eod. cum cām, quæ, & ca. ad hoc. lib. 6. alias incipit, p̄sē-
tiū, 4. q. 3. si testes, §. itē serui resp. Vbi uero super articu
lo principali deponet, tūc nō vtaꝺ his uerbis, sed dicat,
Talis iurans sup tali articulo sic dixit, ex: de prob. ter-
tio. Nā hic nulla fit quæstio, seu interrogatio, vñ non
est necessaria rn̄sio, sed solum legiꝺ testi articulus, ubi
est certa facti propositio, siue assertio, quā sequi debet
dictū simplex, ut 3. q. 9. c. pura. ext. quoties, & c. cum tu.
& ca. ueniens, & significauit, & c. cum clamor. Siue de
positio, ut eo. ti. cum venisset, cum in tua. Alber. licet
ex quadam, & c. præsentata. ext. de proba. qm̄ contra. Si
ue vltranea asseueratio, ut ext. eo. series. & in præ. c. 3. nō
debet examinator super articulo principali quærere,
uel aliquid facere, per qd testis ualeat informari, ut iā
dictū est, ar. cōtra. ꝙ super eo debeat testis interrogari,
a ext. eo p tuas [a]. † Vt aūt hoc plenius caueat, nota ꝭdm
13 Papā, & dn̄m meum, [b] ꝙ in testium examinatione quę
b dam consideranda sunt circa examinatorem testium,
quædam circa ipsos testes, quædam circa eorum dicta.
Circa examinatorem hoc attendendum est, ut sit pru-
dens & expertus, diligens, & attentus, fidelis, & cautus.
Prudens, & expertus, ideo dixi. vt prudenter & discretè
attēdat, quod si testis officium, & quę eius verba, & ip-
sius qualitatem, & vultum. Officium namque testis, qd
primo iudex attendere debet, est, dicere plenam verita-
tem sine adiectione falsitatis super eo, super quo produ
citur, & hoc iurat, quod dic ut s̄. c. §. sequitur. Debet aūt
testis eam ueritatem dicere super articulo, super quo
inducitur, quam quinque sensibus percipere p̄t, s. uisu,
c auditu, gustu, tactu, & odoratu [c]. † De uisu probatur s̄.
14 §. 1. ver. item quod non prohibet quod fiet sic. Si enim
quęstio est inter aliquos, an aliquis rem aliquam tenue-
rit, vel cuius coloris sit, tunc debet testis deponere de vi
su, & dicet sic. Ego vidi ꝙ P. de facto tenuit talē rē, nec
est necesse ulterius quęrere causam scientiæ, vel sui di-
cti, cum iam reddiderit eam, nec aliam bonam ualeat
assignare, non tamen est inutile de aliis circunstantiis
quęrere ab eo, puta, vbi eras quando isti, & quando au-
diuisti, & qui erant tunc tecum, & de similibus. Hęc ta-
men non sunt causę dicti sui, sed circunstantię ad ueri-
tatem plenius indagandam. Si vero testis dicat simplici
ter, P. tenuit de facto talem rem, nec dicat, vidi, adhuc
valet eius dictum sine causę redditione prolatum, si nō
fuit de illa interrogatus Quod dic ut s̄. §. primo. uer. itē
quod interrogatus, & j. eo. uer. viso. Prę sumendū enim
est pro teste, ꝙ illam reddidisset, si interrogatus fuisset. 1.
q. 7. c. sancimus, sed nec ipse debet esse iudici nimis uer.
sus, sup. §. 1. ver. item, quod est uerbosus. Vtile tamen est
tunc quæri de causa dicti sui, nam si dicit, Scio, ꝙ nul-
15 lus dubitat, uel quia sic omnes dicunt. † Vel scio, quia
scio, insufficiens causa est, vnde non ualet eius dictum.
sed si dicit, Scio, quia uidi, tunc bona est. Idem quoque
est quando quęritur de colore. ideoque cęcus nequit in
talibus testificari, quia ibi non potest bona rō per eum
reddi, nisi uisu, q̄ sio sensu cœcus caret. quę dic vt in prę.
alleg. ver. item, ꝙ non prohibet. & seq. De auditu quoq.
is qui audit potest testificari. si. n. quęritur, an quis ha-
beat vocem altam, vel submissam, & planam, grossam
vel gracilem, bonam uel malam. Hic reddēda est ratio
de auditu, nec alia sufficiens esse potest. Potest quoque
reddi ratio de auditu, cum quæritur, de qua materia ali
quis prędicauit, vel legit, vel ꝯcionatus est. Idē ēt est, qn̄
quæritur de venditione rei, vel de obligatione cuiuscū-
que alterius contractus inter aliquos initi, in quib. nul-
16 la sufficiens rō reddi pot, nisi de auditu. † Nam si tūc di
ceret, Scio, quia vidi, falsum dicit, quia vox, vel verbū,
d videri nequit, sed audiri sic, q̄uis Arostoteles dixerit [d],
ꝙ voces aliæ albæ, aliæ nigrę. Idem etiam est de alijs sen
sib. qui alia actui congruere nequeūt. Hinc est, ꝙ om-
nino surdus, quantumcunque oculatus & linguosus,
nequit de hoc testificari. Inst. de test. §. testes. Sed in pri-
mis casibus, in quib. non de auditu, sed de visu cā quęri
tur, bene potest surdaster, tn̄ q difficulter audit, si nō sit
17 oīno surdus, pōt ēt ī his testificari. † Quid de muto? Nō
vr̄, ꝙ aliquo casu possit ferre testimonium, vt in præ. §.
testes, & C. qui test. fa. poss. mutus, nisi forsan exemplo
e Zachariæ [e], sciret literas, & per scripturam redderet te-
stimonium, vel quia signa indubitata hr̄et, per quæ ple
num intelligi posset, C. e. ti. l. discreti, ff. de leg. 3. l. nutu.
ext. de spon. cum apud, & c. tuæ, ar. tn̄ ꝯ, ꝙ testimonium
nequeat per scripturam proferri, ext. qui ma. ac. poss. a
nobis, 5. q. 2. c. relatum. 3. q. 9. testes, & ca. chartæ, ext. de
coha. cle. & mu. tua. Sed illa vera sunt in his, qui fari pos
sunt, ext. de spon. tuæ, tunc. n. de se loquatur, de consec.
dist. 4. cum pro priuileg. Sed nec tunc sufficit, nisi per iu
dicem examinentur, qui considerare hēt vocem testis,
f & pallorem, vt dixi s̄. eo. §. ver. considerare etiam [f]. Si di
cas, cum edictum de testibus prohibitorium sit, cœcus
surdus, & mutus ex præmissis admitterentur, quia ex-
pre sè non prohibentur, ff. eo. l. 1. Respondeo, prohibi-
ti inueniuntur, vt in præ. §. testes, & ff. de testa. l. qui testa
18 mento. Sed & si non inuenirentur prohibiti, † habeo
tamen veram & naturalem rationem, qua impediunt,
ff. de iudicijs, cum prætor, §. non autem omnes. Et talis
ratio pro lege seruanda est, 1. di. consuetudo, Insti tu. de
iure natura. §. quod uero naturalis ratio. Et scias, ꝙ quā-
doque testimonium dr̄ de auditu proprio, quandoque
de auditu auditus, quæ dic vt in prædi. uersi. item quod
non paribus, & sequētibus. De gustu etiam testis depo
nere debet, vnde si quæratur de aliqua re, an dulcis fue-
rit, vel amara, necesse habet reddere testimoniū de sen-
su, qui ei congruit, scilicet de gustu. Si ergo asserat rem
talem esse, nequit causam scientiæ reddere sufficientē,
nisi de gustu, vt dicat, Scio, quia gustaui, nec aliquis alio
rum sensuū hic aptus esse potest. Vnde Iob trigesimo
quarto, Auris verba probat, & guttur escas gustu diiudi
19 cat. † De actu testimoniū reddet, vnde si quærit̄, an res
aliqua aspera sit, vel lenis, uel suauis, vel mollis, uel dura
nō p̄t reddi testimoniū, nisi de tactu. Aspitas. n. rei cor-
poralis, vel suauitas nō cōmestibilis, nec uideri, nec au-
diri,

ADDITIONES.

a Per tuas. *Nullum absurdum, licet dicatur super tali articulo in-
terrogatus testis, &c. & sic seruatur.*

b Et do. meum. *Qui hoc not. in decr. cum causam, eo. ti. illa tamē
ibi dicendo, his remisi.*

c Et odoratu. *Adde quod q̄ nō clauduntur sub aliquo ex quinq; sensi
bus, non cadūt directè in testimonio, Bal. in l. qui testā, §. & vete
res. ff. de testa. Additio. Et qualiter testes deponant sup his, q̄ ma-
gis percipiuntur intellectu q sensu, vide Bal. cons. 286. inci. The
ma proponitur, uer. superest igitur. in col. pe. in 2. uol. Hen. Ferrā.*

d Dixerit. *Hoc dixit in lib. Topicorum, & intelligit, quòd est uox
clara, & obtusa uel acuta, uel grauis, & uide sup. §. 1. & uer. itē
quòd non prohibet, in fi.*

e Zachariæ. *Luce, 1. c.*

f Vers. considerare etiam. *Dixit ergo Alb. Gal. eo. tit. uer. pe. ꝙ
si testis scriberet dictum suū, cōcludens & iurans sic esse, put scri
psit, non ualeret testimoniū, 3. q. 9. testes, 5. q. 2. relatum, Idem
Gofr. eo. tit. ante finem. & Host. eo. tit. §. super quibus, ad finem,
uer. quod si testis scribat, & de hoc dixi, eo. tit. c. de testib. in prin.*

dri,nec gustari,nec odorari potest.Hic ergo vtile est,q̃
rere causam dicti,quæ non est sufficiens,nisi vna,vt di-
cat,scio,ꝙ est aspera,vel lenis,quia eā tetigi seu palpa-
a ui,arg.21.q.4.c.1.in fi.ibi,Palpate,& videte [a],&c. De o-
doratu ēt testis deponit. Vñ si quæratur,an sit aliqua res
odorifera,vel fœtida sit,hic non pōt reddi cā dicti, nisi
vna.l.de odoratu,vt dicat,Scio, qa odoratus fui eā. 23.
q.4.Nabuchodonosor,in prin.extra de sacra vnct. cap.
vnico.§.ad exhibendum. Pōt tñ iudex ad circunstātias
ꝓcedere,& quærere,an aliæ res essent vicinæ, ex quib.
malus vel bonus odor posset exalare, & an tpe,quo o-
doratus fuit species, esset ingurgitatus vino, uel cibo
vsq; ad crapulam,ut sic potius ex seipso,q̃ ex speciebus
20 fœtor euaporaret. † Nā ex nimia ingurgitatione olet
os.ff.de ædi.edic.l.qui clauū,§.is cui. Vtile est igiř talia,
& his similia hoc casu,& præcedentib.quærere. Nā no
omnia membra idem hñt officium, nec vnius officiū
est alteri attribuendū,vt 89.di.singula,ext.de hęr,cum
ex iniūcto.Et laborabit iudex quibuscunq; modis po-
test ad ueritatem & falsitatem inuestigandum,ut sup.
eodem,§.proxi.vers.item de tpe,dum tamen congrua
sint, & pertinentia, & quæ possint negocio adaptari,
extra de test.ad hoc,alias incipit,præsentinm,li.6. Si ta
men omittatur,non minus ualet dictum testis, ut sup.
21 uers.de uisu.† Debet ergo iudex, seu examinator esse
diligens,vt uerba testis attēdat,& eius qualitatē,ut inf.
uer.uiso,& seq.& vultum,ut sup.eo.§.uer. cōsiderare,
& locum,& tempus,causas,personas, & circunstātias,
& alia,quæ dic ut sup.§.prox.dixi. Attendere dēt ēt ꝓ-
sumptiones,nam attestationes,quæ non ualent, qñq;
ratificantur per expressum contensum,& etiam per ta
citum,ar.4.q.3.c.si testes,§. si quis testib. licet aliud sit
in substantialib.in litis contestatione,& simili, ext. de.
lit.conte.c.unico.Attestationes.n.uires sumunt ex par
tium pactione.ita ut si alterutra partium opponat atte
stationes non ualere,quia non sunt in hoc iudicio pro-
ductæ,talem exceptionē tollet replicatio pacti,ar. ext.
de testib.ueniens.1.& ff.de re iud.si conuenerit,ff.com
mu.diui.iudicem,ff.de no.ope.nun.l.1.§.& post operis.
& seq. Et hac ratione considerata,dicunt quidam, ꝙ is
cui commissa est testium examinatio, pōt eam alij de-
legare,si partes expressè consentiant,ut tetigi,su.eo.§.
22 qualiter aūt.uer.hoc aūt. † Fidelis ēt & cautus dēt esse,
ut fideliter in scriptis ueritatem redigi faciat, sicut pro-
feretur a teste,nihil mutando,uel detrahēdo,& diligē-
ter vulgare in Latinum iterpretetur, nec dicat testem
dixisse,credo,ubi dixit,scio,uel eē,s.§.1.ver.item quod
deposuit,& s.eod.§.sequitur,prope prin. Taliter.n. po-
terit dictū testis in scriptis redigere, quod aufert ius ha
b benti,quo casu ad restitutionem obligabitur [b]. Exten-
siuè ergo scribat,nec dicat,talis dixit p oia sicut prim⁹,
ut sup.uer.cautū. Viso quæ circa examinatorem consi-
derāda sunt,sequitur uidere,quæ circa personas testiū
sunt attendenda. Et quidem attendēdum est, an sit ini-
micus,uel mulier,uel minor,uel infamis,& sic de alijs
q̃ prosequere,ut sup.§.1. Nō.n.dēt aliquid dicere odio,
uel amicitia,uel timore,uel prece,uel precio,ut s.§.seq
tur,& §.1.uer.item quod amore. Circa eorum dicta, &
considerandum est,an aptam causam sui dicti reddant
ut s.uer.autem hoc,& seq.& s.§.1.uer.item,ꝙ non red
23 dit. † Quid ergo,si quis petit fundū rei uendicatione,
& testis,qui iurauit super tota cā dicere ueritatē, dicat
sic scio ꝙ P.est dñs rei petitæ,nunquid est sufficiēs tale
testimoniū? Respondeo non,imò reus absoluetur,nisi
actor aliud probet,quia talis testis non reddit testimo-
c nium de facto,sed de iure,quod ei non liceat [c],nec ne-
24 cessarium est,cum ius certum & limitatum sit. † Alius
.n. testis iuris,ut aduocatus,& alius testis facti, ut testis
de quo hic loquitur. Debet ergo testis interrogari qua-
liter scit,ꝙ actor sit dñs., & ex qua causa habuit domi-
nium,ext.de fide instr.c.cum Ioannes. Et si respōdeat,
ꝙ ex cā emptionis,vel alterius ɔ̃ctus, interrogetř a quo
emit,quia nec omnes vendere possunt,12.q.2.alienatio
nes. Interrogetř ēt de quātitate precii,& an res fuerit tra
dita,qa sine rei traditione nō acquiritur dominiū, Inst.
pe rerum diui.§.per traditionem. §. venditæ. C. de pa-
ctis,l.traditionib. Et an hoc uidit,& pñs fuit, ext.de con
suet.c.2.& s.§.1.ver.item,ꝙ nō partibus. Et an in totū,
vel ꝑ par.& ꝑ quota parte emerit,& multis alijs,quæ oc
25 currere possunt.vt sup.§.proxi.ver. in 5. † Itē nō bñ dř,
Vidi ipsum dñm esse,vt ff.de interrog.actio.qa plerun-
d que [d]. Veruntamen si testis dicit, Vidi, ꝙ talis gessit se
ꝑ domino talis rei tāto tempore,intelligit, ꝙ sufficiat
ad ꝑscriptionē,bñ probat vtile dominium, etiam si nō
reddat cām,qa ab eo non quæritur arg. C.de præscript.
30.annorum.si quis emptionis. Attendat etiam iudex
an testis dicat veritatem de his, quæ quinque sensibus
corporis possunt,vt sup.dixi. Vnde non quærat, vt qui-
dam faciunt.an P.sit dñs talis rei, & an sit iracundus,
vel ebriosus,ad hoc.n.& similia non tenetur respondere.
re. Nam secundum Papam,& dominum meum, nul-
e lo sensu corporis [e],apprehendi potest,quod P.sit domi
nus alicuius rei,vel quod sit iracūdus,vel ebriosus, sed
oculo mentis tantum,scilicet ratione,vt extra, de sacra
vnctione:c.unico,§.quia vero.& versic. in vertice hoc
apprehendi potest. Ipsa etenim ratio ex his,quæ mediā
tibus corporis sensibus apprehēdit,bene potest ipsum
P.ebriosum,uel iracundum,vel dominū iudicare, ipse
tamen non adducitur in iudicem,sed in testem, non iu
ris,sed facti,ergo non assumat partes aduocati, ut iā su-
pra dixi. Quod si fecerit,nō præiudicat eius dictum,ne-
que ualet,nisi ultra procedat,ut uidelicet sufficientem
causam sui testimonii reddat,sic dicens, Scio P. domi-
num talis panni,quia uidi,& præsens fui, quando ipse
emit lanam,de qua fecit pannm. Hoc enim casu pro-
bat dominum, non ratione primæ partis dicti sui.,
qua dicit eum dominnm.quod uidere non potuit, sed
iudicare tantum, ut dictum est, imo ratione tantum
secun-

ADDITIONES.

a Videte,&c. *Luc.6. Adde,quod testis deponens de uisu,debet deponere de uisu corporeo,& non mentali,& reddere rationem ex inspectione intentiua,et non speculatiua. Bal.in l.1.ff.de his, quę in testa.delen. Item adde, quod testis interrogatus, quare sciat, & dicat,quia uidi,eius dictum non probat. Bald. in l.1.ff. de his, quæ in test.delen.in 2.col.in prin.*

b Obligabitur. *Vide quod scripsi de proba.quoniam, in glo. no.? quod ex quo ultra medium uersatur etiam.*

c Licet. *De iure intellige ut dixi supra,§.nunc videndum.in pri.*

d Plerunque. *Ros.Bene ubi tractat de confessoria,plene prosequitur.in 2.colum.& Ioan.de Bla.ubi tractat de rei uendi.in fi. dicēs testes.qui deponunt aliquem esse dominum rei mobilis,quia emit & per trienniū continue possedit,uel immobilis, quia emit, & per decem uel uiginti annos continue possedit,uideri falsos, quia deponunt,quod impossibile est eos scire. Aut enim de ciuili,aut de naturali possōne loquuntur,ciuilis consistit in animo, C.de acqui. poss.nemo ambigit,qui animus per testem sciri, uel uideri non potuit,testis autem deponere debet de eo quod scit.C.eo.titu.l.testium.ergo reprobādum eius dictum, si deponit de naturali,illud idem,quia impossibile est illum continue decē uel 20.annis pedibus insedisse possessioni rei immobilis, uel continue tenuisse per triennium rem mobilem animo possidendi. Item ex parte testis impossibile est eum continue id uidisse,& sic non diuertisse a loco,nec dormiuisse. Ad utranq; etiam possessionem dictum eorum referri non potest,quia naturalis & ciuilis simul nō pōt esse cōtinua ꝑ naturalē,ut est dictū.& facit, ff. de serui.l. seruitutes 4. Ex qb.cōcluditur ꝙ tales testes nec directum dominiū ꝑ vsucapionem,nec utile per præscriptionem esse probatum,cū non cadat in intellectū continua possessio. Ad hanc cauillationem responde ꝑ id quod no.infra de pro,§.1.ad fi.uer.sed quæritur qualiter. Adde quomodo per testes probetur possessio,Ale.con.31.et 110.li.[illegible]*

e Corporis. *Solo,ut statim subdit.*

secundæ partis, in qua dixit, ꝙ vidit & præsens fuit, &c.
vt sup. in qua reddit cām iustā & sufficientē sui iudicii,
Nec est malū, si testis, vel rō bene & vere iudicat ex his,
quæ sensibus corporis apprehēdit, qđ iudex cōcordet
cū eo, ex quo sufficientē cām reddit, aliter non. Idem
26 ēt sentias, si sic dicit: Scio † istū hoīem ebriosum esse,
qa fui cū eo multis annis ꝯuersatus, & quolibet die me
p̄sente & vidente bibebat vinū purū sine aqua, & in tā-
ta quantitate, ꝙ uix trāsibat diē sine ebrietate, quia ita
soporabatur, ꝙ nō intelligebat se ad plenū, nec uti po-
terat rōne. Valet.n. tale testimoniū, nō rōne primæ par
tis, in qua dixit ipsum ebriosum, sed rōne secūdæ par-
tis, in qua sufficiētē cām sui testimonii sine iudicii sui
reddit, vt p̄dixi. Idē quoq; est sic dicit: Scio P. iracundū,
qa multo tpe steti cum eo, & uidi, & audiui, ꝙ de facili
mouebatur, & irascebat̄ sine iusta cā, & spāliter cū suis
male rñdendo, vultū atrocē, & qñq; pallidū, qñq; rubeū
ostendendo, maledicēdo, cōminādo, percutiēdo, & se
ipsū dilacerādo. Hoc.n. valet testimoniū, non rōne pri
mæ, sed secūdæ partis, vt præmissum est, & idē est in si
a milibus obseruandū, ext. de resc. inter cæteras [a]. † Hoc
27 quoq; notādū est, quod quædā sunt, quæ nō solum ad
iudiciū rōnis, sed ēt testimoniū ad sensū corporis tra-
hi pñt, vt si testis dicit: Scio ꝙ P. talē rem, tali tpe possi-
debat, vel iuste ꝑpossidebat. Nā possessio, maxime qñ
adiūgit̄ iustè, aliquid iuris hēt. arg. in hoc qđ no. ext. de
ꝯcess. præb. ꝑposuit, §. auditor, ad h. habet, & multū fa-
cti, vt ibidē. Vnde & dictū testimoniū sic est intelligen
dū, possidebat, id est de facto tenebat, & ei corporaliter
incūbebat, qa talis est cōis intellectus huius uerbi, quē
sequi debemus, ar. ext. de spons. ex literis, 1. ext. de uer-
bo. sig. intelligētia. Sed dices, a simili dicendū est, ꝙ ad
iudicium rōnis spectat, an P. bene vel male, cauet, & an
res sit odorifera, uel fœtida, & sic de similibus. Rñdeo,
nō est ita, quia hęc tm̄ sensibus corporis proprie appre
hendi pñt, licet in his s̄m quod sēsus magis uel minus
in hominibus vigent, possit hoc vnus melius & fortius
apprehendere, q̄ alius. Et ideo magis uel minus ei cre-
dendū est in hac parte, & hoc in sensu uisus manifestè
apparet. Aliquis enim hēt curtiorē uisum, quam alter,
ideoque magis creditur ei, qui hēt curtiorē de uisu ad
ꝑpinqua, q̄ illi q hēt longiorē de seu ad remota. Vnde
& in testimonio sensuum sæpe rō iuuat, & adminiculū
præstat, quare ēt si de testimonio uisus seu inspectio-
nis agatur, magis credendum est illi testi, qui perspica-
28 cius & subtilius videt, q̄ alii. Hinc est, ꝙ in talibus ma-
gis credendū est iuueni, qui habet perspicacē & subti-
lē uisum, q̄ seni, qui uisum hēt obtusum. Puta, qñ agit̄,
vel quęrit, utrū mulier arcta sit, uel apta ad uiriles am-
plexus, qđ ꝑ mulierū inspectionē perpendit ac iudicat̄
vt ex. de fri. & malefi. fraternitatis, & in prin. & c. fi. de ꝓ
ba. c. pea. 27 q. 1. nec aliqua. aliquæ ēt mulieres in talib.
expertiores & peritiores sunt aliis, vñ eis magis credē-
dū est. 50. di. vt constitueretur, ibi, experto cre. &c. & in
tali casu sufficit, ꝙ testis dicat, Vidi, & palpaui eā arctā,
qa solo sensu corporis, s. uisu, & tactu hoc appręhēdit.
Et hoc est, qđ dr̄, Sępe manus, uel oculus fallitur obste
tricū, ut in præ. ꝯcord. idē est, s̄m Inno. Papam, cum q̄-
ritur, an quis frigidus sit, & impotens ad coeundū, sed
tm̄ non vr̄, ꝙ hoc de facili apprehendi possit per solam
inspectionē. Vñ s̄m quosdā, & hic requirit̄ alia certa
solēnitas, priusq̄ matrimoniū dissoluat̄, vt ext. de frigi.
c. fi. Sed dñs meus dicit, ꝙ illa solēnitas est seruāda, qñ
agit̄ de maleficio. Frigiditas aūt, vel alia impotētia qñ-
q; ꝑ solā inspectionē ꝓbari p̄t, vt ipse no. ext. de frigi. &
male. c. 1. & c. laudab lē. super quib. aūt iudex interroga
bit test. ut dictū est s̄. §. ꝓxim. Porro in cā inquisitionis
capitula, vel articuli fiunt, sup quib. testes examināt̄, ut
ext. de accus. qualiter, 2. §. debet Vt aūt expertos utiliter
in talibus instruamus, formam inquisitorii, secūdum
b qđ testis in cā inquisitionis examinet̄, suo ponamus [b]

29 FORMA inquisitionis. Quæro a te, an scis vel cre-
dis, vel fama est, episcopum uel clericum aliquē ciuita
tis vel dioecesis fecisse concessionem super quacunq;
re spirituali pro pecunia, vel alia temporali data, vel
promissa vel retenta, vel ex pacto, seu ꝯuentione, 1. q. 2.
q̄ pio, ex. de simoni. c. eū ecclesia. Itē an scis uel credis.
vel fama est. ꝙ aliquis debuerit aliquid episcopo ꝓ eo,
qđ est incontinens, uel pro eo, ꝙ habet vel habuit cōcu
binam, vel sustinuerit eum pro aliquo alio commodo
temporali. ext. de uita & honesta. cleri ca. vt clericorū.
§. prælati, ex. de simo. nemo. Item an scis, vel credis, uel
fama est, ꝙ episcopus aliquid receperit, & habuerit ꝑ
se, vel per aliū tacite, vel expresse, vel clericus aliqd de-
derit, uel promiserit per se, vel per interpositam ꝑsonā
pro beneficio ecclesiastico obtinendo, vel ut eligeret̄,
vel precibus illud cōtulerit. 1 q. 1. reperiunt̄, & c. sunt nō
nulli. ext. de simo. c. ad hæc. c. sicut, ext. de ætat. & quali.
c. tuā. Item an scis, uel credis, vel fama est, ꝙ ep̄s monue
rit clericos suos sup uita & honestate, & diligētia in di-
uinis officiis, & aliis, & qđ delinquētes puniuerit, ut in
p̄. ea, ut clericorū, rñ. i. 12. di. de his, ext. de censi. §. sane.
li. 6. Itē an scis, uel credis, uel fama est, aliquē clericū cu-
iuscūq; status, uel ordinis concubinā hr̄e, uel ei cohabi
tare, uel eā suis expensis in domo, uel ext. tenere, uel ad
aliquam accedere, uel ad se uenire, uel cū aliqua suspe
cta muliere consortium uel colloquiū hr̄e, ex. de coha
bi. cler. & mu. c. 1. 2. & 3. & seq. C. de epi. & cler. aut ep̄s,
32. dis. presbyter, 81. dist. Item igitur, an scis, uel credis,
uel fama est aliquem eorum aleatorem esse, ext. de ui.
& hon. cler. clerici, ext. ne cler. uel mo. c. 1. C. de epis. &
cler. auth. interdicimus, uel blasphemū, ext. de cle. ma.
le. c. 2. 25. di. unū orar, §. alias, ea demum, in fi. & c. sc. 21.
dist. deniq;. 24. q. 3. si igitur, & c. seq. uel usurarium, 47.
dis. non licet, & c. seq. extra de usuris, præterea, uel con-
iuratorem seu conspiratorem, 11. q. 1. coniurationum,
& c. seq. extra de re iud. cum I. & A. de iud. c. exhibita,
uel alienatorem rei ecclesiasticæ, 12. q. 2. monemus, &
tribus c. seq. extra de reb. eccl. alie. uel non, si quis pres-
byterorum, uel obligatorē, ext. de pig. c. 1. & 3. C. episc.
& cler. sancimus primo, in prin. uel malè administran-
tē, uel res ecclesiasticas dilapidantem, & consumentē,
uel malè dispēsantē, 28. d. de Syracusanæ, ext. de simo.
licet Heli. 3. q. 2. quia ea. ext. de acc. c. fi. ext. de off. deleg.
uenerabilis. Itē an scis, uel credis, uel fama ē, ꝙ sacrista
uel thesaurarius, uel custos vasa, uel uestimēta, & alias
res, uel ornamenta ecclesiæ, puta libros, uel alia diuino
cultui dedicata bñ seruauerit, & si aliqua de mobilib. di
minuta sunt, & ꝑ quē, & quare, & qñ, & qualiter, extra
de off. sacri. ca. unico, & de off. cust. c. unico, 25. dis. per-
lectis, in fi. & de off. archid. ea. quæ. 12. q. 2. ca. alienatio-
nes, & sic quære sup singulis officijs de his, q̄ ad quēli-
bet eorū noueris pertinere, qđ dic ut in præ. c. ꝑlectis,
& 21. di. cleros, & ext. in ti. de officijs. Itē an scis, uel cre
dis, uel fama est, ꝙ officia diuina deuotè horis cōpeten
tib. & solēniter celebrent̄, & an ī singulis ecclesijs mos
ecclesię dięcesanæ, uel metropolitanæ ī diuinis seruet̄,
extra

ADDITIONES.

a Inter cæteras. *Hoc ergo intendit per superiora distinguere iu*
dicium a testimonio. Dicere ergo, Ita iudico, uel, ita mihi uide-
tur, non ualet in his, quæ solo sensu corporis percipiuntur. In illis
autem quæ ratione mentis percipiuntur, licèt causatæ ab aliquo
sensu corporis, illo expresso bene procedit talis ratio dicti ī teste.
Adde huic additionem, quam scripsit Alex. cons. 9. 15. & cō
sil. 74. li. 1. & 47. & 82 li. 4. & cons. 145 li. 2. Adde tu, quòd te-
stis deponens quo ad oculum intellectus, nisi reddat rationē eius,
quod per sensum percipitur, nō probat, Bal. in l. 1. ff. de his, quæ te
sta. delen.

b Supponamus. *Inquisitorum autem, qđ sit ipsis inquisitis, cum*
generaliter in capite, & membris inquiritur de statu ecclesiæ,
vide infra de inquisitio. §. nunc tractemus ver. licet autem.

extra,de c.Ieb.miss.c.j.& c.dolentes.12.di. de his. & de conse.d.2.institutū. Et an intersunt exequiis mortuorū & an tenent ecclesias vel cœmiteria,vel eucharistiā, vel teliquias,& alias huiusmodi munde & late.ext. e. cum creatura.respon. 1.& c.& sanè de custod.euharistiæ.c.1. & 2. Et qualiter baptizant, vel pnīas iniūgunt & an hæc facienda prompti sint,vel negligentes, & an aliqui ob hoc sine pnīa vel baptismo decesserint exr.de bapt.c.1. de conse.d.4.de cathecumenis.& c.ne,qd absit.ext. de pen.& re.c.si.16.q.6.si quis presbyter.& c.seq.Itē an scis vel credis,vel fama est,aliquē esse in ciuitate uel diœcesi hæreticū,vel suspectū de heresi,vel cōuenticula p tales fieri,vel an scis domū,vel prędiū,uel antrū,vel locū ubi conueniant,vel an scis,vel credis,vel fama est, aliquē esse receptorē,vel fautorē,uel credentē,uel defensorem, uel laudatorem,uel uice eorū ministrātem eis, quo ad uictum uel uestitum,& alia necessaria.de hær. excōicamus.j.§.credētes.& c.si aduersus,& c.seq.in prin.C.de sum.tri.l.a.& 3.C.de epi & cle.conuenticula.30.d.si qs ex.& c.seq.C.de hær cuncti.& l.Arriani.& l seq.& Aut. credētes.35.q.6.episcopus in synodo. Itē an epi & clerici sint assidui in officiis,& an surguant ad matutinas horis competētibus,& an intrent chorum honestè, cum cappis,uel sine cappis,cum supellicijs,uel sine, si dormiunt in cōi dormitorio,& comedunt in cōi mensa,si acceperunt aliqua de possessionib. ipsius ecclesiæ, auctoritate propria,si epi uel capituli negligentia aliqua de possessionib.ipsius ecclesiæ sunt alienata.extr. de ui. & ho.cler.qm cum suis concor.Itē an scis,uel fama est. aliquos esse simoniacos,periuros,dilapidatores.ext. de simo.licet.de re iud.cum I.& A.Item,quæritur de singulis,in quib.consistit honestas clericorum.Quę die ut ext.ne cler.uel mo.c.j.23.d.de his igitur.& dixi in reperto.in tit.de uita & ho.cle.& de alijs,sicut inquisitoris diligentia uiderit expedire,uidelicet,an aliqui sint adulteri,uel incestuosè cōiūcti,& sic de simulib.3.q.4.cōsanguineorum.35.q.2.c.2.& 6.q.1.infames.† Ex præmissis ergo patet,cum inquirit de statu ecclesiæ,& tam de capite,q de membris iurāt testes super oīb.his,quæ sciūt, uel credunt in sua ecclesia reformāda,tam in capite, q in membris, exceptis ocultis criminib.meram & purā
a dicere ueritatem,ut ex.de accus.qualiter.1.§.fi.[a] & c.cū dilecti.Adde siue fuerit interrogatus,siue non.Addunt etiam quidam,q non reuelabunt dictum suum alicui, donec testes fuerint publicati,ut §.sequit.Est & alia forma,quæ non seruatur,s.q non respondebunt ueritatē ad inquisita,ut ptr cap.cum dilecti.Sed hoc potest pręstari ab eo,contra quem inquiritur,præcedēs uero a testib.Quidam autem,ut oēm fraudem excludant, utrūque iuramentum faciūt præstari,tam ab his,cōquos inquiritur q à testib.De hoc uide s. §. sequitur. Vbi autē inquisitio fit super certo crimine,non debent testes deponere de occultis,uel manifestis,nisi de his solum,de qb.facta est copia infamato, ut e.ti.qualiter.3.§. debet.

ADDITIO.

a §.fina. *Et ibi in fine scripsi, quod licet non debeant occulta crimina reuelare,occultas tamen circumstantias manifestorum criminum reuelare tenentur.*

De attestationum publicatione.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet attestationes partibus non uocatis, publicare.*
2 *Publicatio attestationum qua forma fieri debeat.*
Postquam renunciatum est testium productioni,uel conclusum in causa,non possunt alij testes induci.
3 *Attestationibus publicatis, non sunt alij testes super eisdem articulis producendi,& in quibus casibus fallat hæc.*
4 *Petens post attestationum publicationem testem interogari, an obtinere debeat.*
5 *Testes ijdem,an sæpe possint ante attestationum publicationem induci.*
6 *Testes excepti ad æternā rei memoriā, & secundū formā iuris publici,si post attestationum publicationem producuntur, recipiuntur solum ad defensionem,non ad actionem.*
7 *Nouus articulus quatuor modis dici potest.*
8 *Articulus nouus dicitur.qui dependet à veteri.*
9 *Testes quo pacto petantur in iudicijs iterato recipi.*
10 *Attestationibus publicatis,an possint in causa criminali testes induci.*
11 *Reo audiente si testes actoris deponant,vel econtra quid iuris.*
12 *Testibus publicatis,si perdantur attestationes possunt ipsi iterum produci.*

8. §. Satis vtiliter,& cōpendiosè docuimus qualiter sint testes examinandi, nūc autē
a dicamus,qualiter examinati sint publicandi[a]. Et quidem testibus productis examinatis partes debent renūciare testium productioni.Cauiè tamē,vt j. §.fi.quo facto postulent attestationes publicari, vel saltē pars producens,& hoc redigatur in actis. † Iudex igitur volens attestationes publicare vocabit partes, quia eis non vocatis non debet aperire,vel publicare,ext.de re. iu.c.cū I.& A.ff.de mino.in causę.§.1.i.ff.ad le.Iul.de adul.si postulauerit.§.de q.maximè ea,cō.quā sunt producti,quæ fortè,imò sine forte in apertione volet aliquid ptestari vt extrà,de testi.præsertium.& j.§.proxi.in princ.Eis ergo præsentibus.uel per contumaciā absentib, qa fortè tūc habent pro præsentib.ut ex.de test.in noie. & C. de iud.properandū.§.cū aūt,ex.de po.& cōtu.ueritatis in fi.& de eo.qui mit.in poss.cā rei ser. cū qui. præcipiat notario,quòd legat corā se & corā partib.publicè in iudicio dicta testiū in tali cā receptorum,uel ipsemet le-
b gat[b]. Et si sunt multæ attestationes uel prolixę,sufficit
c unam pro omnib.legere[c] quo facto dicat iudex: Hæc sunt tales attestationes,habeatis eas pro publicatis,uel eas publico, & hoc totum redigatur in actis. † Publicatio autem scribetur.sic:

